

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpus.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

Supplementum Tomi Quarti De Sacramentis, Et Tomus Quintus De
Ecclesia

Chamier, Daniel

[Frankfurt, Main], 1629

Liber tertius, de conciliis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-932

operum siue legis, & gratia seu euangelii. Deinde ecclesia V. & N. T. conuenient substantia, differunt solis circumstantiis. Itaque nimis humili est comparatio Becani. Sed de hoc alibi diximus. 16. Vtrumque predictum est, ecclesia N. T. est amplius, & solitudo. 17. Maxima amplius ecclesia Nou. T. est nondum apparuit: ut patet ex Apocalypsi, & infinitus Scripturæ locis, quæ in *Diatribæ nostra super Apoc. 20.* citantur & explicantur. 18. Ecclesia Nou. T. est primitia, secundum Scripturas, debet esse canon, regula, & exemplar verae ecclesiæ. Primitia autem ecclesia est, quæ fuit usque ad excessum Apostolorum. De hac eleganter *Eusebius apud Eusebium lib. 3. his Eccl. cap. 32.* ait: Ad illa usque tempora virgo pura & incorrupta permanit ecclesia, corruptoribus veritatis, & diuini verbi temeritoribus aut usquam omnino extantibus, aut etiam, si qui forte fuerint, in occultis & abditis terræ hiatus delitescentibus. Ut vero & Apostolorum chorus, & omnis illa ætas, quæ à Domino suscepereat viuæ vocis auditum, de hac luce discessit, tum velut in vacuam domum, falsæ doctrinæ impius error se immisit. *Idem apud eundem lib. 4. cap. 22.* Propterea vocabant ecclesiam virginem: nondum enim corrupta erat adulterini verbi subreptione. Hinc itaque patet ecclesiam non profecisse magis arque magis, sed potius sensim defecisse, iusto Dei iudicio. Nihil itaque mirum, quod ecclesia visibilis fuit redacta ad solitudinem illam, de qua *Chrysostomus homil. 36. in 1. Corin.* Ecclesia nunc similis est mulieri, quæ à veteri prosperitate excidit, & multis in locis sola tenet symbola antiquæ illius felicitatis, & moniliū quidem solas ostendit thecas & arculas, diuinitus autem est priuata. Einunct est simili ecclesia &c. Sic *Hieronymus in vita Malchi:* ecclesia postquam ad Christianos peruenit principes, potentia quidem & diuinitus maior, sed virtutibus minor facta est. 19. Quod Beccanus nos deteriores censet Donatistis, valde iniquus est. Quis enim nostrum est, qui scribat, ecclesiam Nou. T. estam remansisse aliquando in duobus tantum viris, qui Papæ contradixerint?

VI. Tota disputatio hæc erit plana & facilis, si distinguamus ista duo: Ecclesia præfca Nou. T. estam non fuit Romana, multo minus Papistica: item, ecclesia Papistica habet aliquid commune & cum præfca N. T. est. Ecclesia communiter, & cum præfca Romana singulariter, quod videlicet tabulas

verbi Dei non abiecit, neque Christo hactenus aperte repudium misit. Quare sic concludamus. Ecclesia præfca est nostra communis mater, cuius tropæ nostra sunt, & laudes communes. Quidquid ab ea & cum ea habet Roma na vetus usque ad annum 606. habemus & nos communem cum utraque, videlicet, verbum Dei, eiusque prædicationem puram & sacramentorum administrationem iuxta institutionem Christi. At ecclesia Papistica cum præfca ecclesia, tum vniuersa, tum Romana, denique cum nostra habet communionem verbum Dei, & baptismum: sed non verbi prædicationem puram, neque administrationem baptismi cum prima institutione & administratione consentientem. Habet, inquam, aliquid Christi, sed plus Antichristi. Illi ergo, tanquam sedi Antichristi, possumus dicere, quod olim Lucio Alexandrino dicebat ille Saracenus Moses, de quo *Ruffinus libro undecimo his Eccl. cap. 6.* his verbis: Captus Moses ad sacerdotium suscipiendum, Alexandriam ex more deducitur. Adeo Lucius, cui ordinandi cerebatur officium, quo viso, Moses presentibus ducibus qui perurgebant, & populis ait: Ego quidem me non esse dignum tanto sacerdotio iudico: veruntamen si aliqua in me, licet indigno, diuina dispensatio putatur explenda, Deum nostrum cœli ac terræ Dominum testor, quod Lucius sanctorum sanguine pollutas & cruentas super me non iniicerit manus. Cumque Lucius tam graui nota iustum se videret in oculis plurimorum. Quare, inquit, ô Moles, tam facile condemnas eum, cuius fidem ignoras: aut si tibi aliquis de me alter in dicavit, audi fidem meam, & tibi ipse magis quam alijs crede. Tunc ille, desine, inquit, ô Luci, dolos tuus me quoque imaginibus aggredi. Bene mihi nota est fides tua, quam protestantur servi Dei per metallâ damnati episcopi, in exilium trufi presbyteri, diaconi extra Christiani nominis habitacula relegati, bestiis alij, alij etiam ignibus traditi. Num quid potest verior esse fides quæ auribus capit, quam quæ oculis peruidetur? Apud me certum est, quod qui Christo recte credunt, ista non faciunt. Hæc Moses illius verba sunt, quæ nos personatæ illi ecclesiæ & sanguine piorum ebriæ, non piis in illa, hoc est, non ruderibus ecclesiæ Christi in Papatu, dicimus. Atque ita iudicium veritatis cum iudicio charitatis coniungimus, quod utram facerent omnes, qui hodie turbant, quique turbantur. Sed tu, Iehoua, nobis omnibus aperi oculos, ut videamus.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIVS DE CONCILIIS. Caput Primum.

Definitio, partitio, & necessitas Conciliorum.

I. **S**ERVIMVS haec tenus de Ecclesia: nunc de ipsis Conciliis differentum erit. Quia enim Ecclesia bifaria considerari potest, ut toto orbe diffusa est, & ut in Conciliis congregata cernitur: ordo naturæ postular, ut de ecclesia prius, quam de Conciliis agatur. Quod etiæ factetur Bellarminus: tamen disputationem de Conciliis proposuit disputationi de ecclesia, quoniam disputatione de Conciliis magis conexa est cum disputatione de summo Pontifice, quæ iam præcessit, quam disputatione de ecclesia: ut sunt ipsius verba lib. 1. de Conciliis cap. 1. Verum hic est ordo arbitrarius, cui nos præferimus naturæ ordinem, adeoque de Conciliis posteriori loco disputatione instituimus. Persecuti aurem sunt hoc argumentum: *ex nostris*, Lutherus, Bullingerus, Withererus, Danæus, Junius: *ex aduersariis*, Cochlaeus, Caietanus, Pighius, Hosius, Bellarminus, & alii.

II. Vniuersa autem de Conciliis disputatione in tres partes diuidi potest: è quibus prima est de Conciliis definitione; secunda, de ipsis partitio ne; ultima, de affectione eiusdem. Et rursus affectio Conciliis est posita in ipsis necessitate, integritate, & authoritate. Integritas est in eo, ut Concilius conuocetur ab eo, qui habet istam potestatem iure divino; ob causam conuocetur ab eo, qui habet istam potestatem iure divino; ob causam legitimam, adhibitis personis idoneis; præside legitimo; denique modo conueniente. Authoritas Conciliij spectatur absolute, comparete, & in causa sua. Authoritas Conciliij absolute, est magna: comparete, est minor quam Scriptura, maior quam Papæ authoritas: in causa sua spectatur quantum ad pertinuum errandi. Si malis, dic hanc disputationem constare præcognitis, causis, & adiunctis Conciliij. Præcognita sunt definitio & partitio. Causæ sunt quatuor, efficiens, ea que imbellens & procreans: finis: materia, circa quam, & ex qua denique forma. Adiunctum, est authoritas. Hæc itaque omnia persequamur. III. Atque ut hinc profiscatur disputatione nostra, definitio Conciliij alia est nominis, alia rei. Quantum ad nomen attinet, Concilium Festo dicitur à consilendo, aut cōsentiendo: aliis, à cōcalando, hoc est, conuocando, seu congregando: aliis etiam à conciliando. Qui primam etymologiam tuentur, promiscue scribunt concilium & consilium; quidam etiam potius consilium, quam conciliura dicunt & scribunt. Sed multum

interessit inter hæc duo. Consilium enim est actus consilientis, sive ille sit unus, sive plures simul in commune consulant. At concilium est concio, cōcūs, conuocatio, multitudo aliqua consilientum. Qui adferunt secundum notationem, hac nitunt ratione, quod illa rei vim naturamque declarer: quia, ut modo diximus, concilium est conuocatio quædam. Tertia sententia patroni hoc adferunt, quod conciliare sit cōcūs: ita ut conciliare sit verbum fullonum, iuxta illud *Varronis lib. 5. de causis L. L.* Apud fullonem vestimentum, cum cogitur, conciliari dicitur. Vbi vide Scaligerum. Itaque conciliare per metaphoram significat vnire: ita ut hæc notatio conueniat cum secunda, imo magis naturam rei exprimat. In Concilio enim est anterior quædam vno. Sunt tamen, qui putant conciliare esse in concilium conuocare. Græcis vocatur *συνέδριον*; quam vocem Latini donarunt ciuitate Romana. Hæc tamen vox non inuenitur in Scripturis, sed ista duæ, *συνέδριον*, *συνεργεία*. Verum satis de nomine. Rem ipsam aggrediamur, primoque definiamus. Estantem concilium multitudine hominum conuocara ab aliquo, ad consultandum de rebus communib; Sic autem natura ipsa docuit, ut, cum occasio aliqua inciderit, quæ pertinet ad multis, quæque communem salutem atq; conamodum attingit, conueniant homines prudentes, qui prouideant, quantum possunt, ne quid res publica detrimenti capiat. Cum enim homo animal sit ad societatem & communionem natum, quæ sine consilio contineri non potest; edocti homines à natura, viderunt sibi necessarium esse, ut in communi conuentu deliberarent. Atque hæc est origo Conciliorum.

III. Sunt autem hæc Concilia non unius generis. Ac primo quidem sunt priuata, vel publica: deinde generalia, vel particularia: tertio, legitima, vel illegitima: quarto, approbata, vel non: quinto, ordinaria, vel extraordina ria: denique, politica sive ciuilia, ecclesiastica, vel mixta. Concilia politica sunt, quæ de rebus ad statum externum reipublicæ pertinentibus congregantur: ut, quando leges sunt ferendæ, magistratus eligendi, bellum gerendum, aut communis aliqua calamitas depellenda. Et hæc vulgo appellantur Comitia, itemque Parlamenta. Concilia ecclesiastica sunt, quæ de rebus ad statum Ecclesiæ sive religionis pertinentibus congregantur: ut quando hæreses turbant Ecclesiæ, vel schismata, Pastores sunt vocandi & examinandi, politia Ecclesiæ est instauranda. Concilia mixta sunt, quæ de rebus ad religionem & regionem, sive ad ecclesiæ & reipubl. pertinentibus, coguntur.

Nos

Nos de ecclesiasticis tantum Conciliis dicemus, illorumque partitionem in genere, & in specie adferemus. Illa est dogmatica: hæc historica & critica.

V. Principio itaque *Concilia Ecclesiastica* sunt in triplici differentia: videlicet *concordia*, *cooperatione*, sive *coiusione*, & *cooperatione*; *coiusione* & *cooperatione*. Primam speciem Latin vocant *Concilia minora*, particularia & localia, quando pauci homines ex uno aliquo loco colliguntur, ut res ecclesiasticas constituant. Hæc subdividuntur in *Concilia urbica*, & *diocesana*. *Concilia urbica* sive singularium ecclesiaturum, colliguntur ex unius urbis personis ecclesiasticis: cuiusmodi fuit concilium illud Apostolicum *Act. 1. vbi conuenierunt Apostoli una cum aliis quibusdam, qui erant Hierosolymis. Huiusmodi Concilia distinguere oportet a Presbyteriis sive Consistoriis, quæ sunt in aliquo loco: ut patet ex modo allegato cap. 1. Act.* Quanquam alii presbyterium & concilium illud urbicum sive oppidanum pro vno sumunt. *Concilia diocesana* sunt, in quibus conueniunt Pastores unius dioceseos, sive classis: vel, ut Bellarminus loquitur, in quibus conueniunt tantum presbyteri unius episcopatus, & ijs episcopus præest. Hæc vix dici posse Concilia clarminus ait lib. 1. cap. 4. Sed abique ratione. Etsi enim in ijs vnius duntaxat si episcopus, qui præest: tamen Concilii definitio ipsi competit. Et vero si diocesanum concilium vix meretur hoc nominis, quid fieri de Conciliis Apostolicis, quæ paulo post commemorabimus? Porro *concordia* & *cooperatione* dividuntur in Concilia Provincialia, & nationalia. *Concilia provincialia* sunt, in quibus conueniunt pastores unius provinciae: seu, ut Bellarminus definit, in quibus conueniunt tantum episcopi unius provinciae, quibus præest Archiepiscopus, sive Metropolitanus. *Gratianus dist. 3. can. Porro*, Concilia nationalia vocat provincialia, quia nempe certis provinciis continentur. *Concilia nationalia* sunt, quando unius gentis, regni, vel nationis, Episcopi & presbyteri congregantur, ut suis ecclesiis consulant: cuiusmodi olim in Africa, Hispania, & aliis orbis partibus permulta sunt habita, de quibus in Tomis Conciliorum legere est. Sequuntur *coiusione* & *cooperatione*. id est, Concilia generalia: seu vniuersalia, cum ex toto orbe Christiano Episcopi ac Presbyteri propter maximas causas publica autoritate congregantur. Hæc concilia visitate appellantur ecumenica; vel quia ex omnibus parte orbis Christiani ad eas conuenitur, vel quia ab Imperatore congregantur, qui olim totius orbis Christiani imperium habuit. Nam vox ista *ecumenicus* significat tria: nempe id, quod pertinet vel ad orbem terrarum, vel ad orbem Imperio Romano subiectum (ut accipitur *Luc. 2.*) vox *oīgūmēnī* vel ad orbem Christiano nomine addictum. Quæ ultima significatio hic præcipue videtur attendenda. Atque hæc est prima Conciliorum ecclesiasticorum partitio, *τεχνοτέως* proposita, vocabulis Graecis. Alii tetrachotomiam malunt, hoc modo: Concilia sunt localia, provincialia, nationalia, generalia: alij hæc reuocant dichotomiam, ita ut dicant, Concilia esse generalia, vel specialia sive particularia; & hæc iterum maiora, eaque nationalia & provincialia; vel localia & minora, eaque diocesana, vel oppidana. Rursus quidam partiuntur omnia Concilia in localia, & generalia. Vnde patet ambiguitas in duabus vocibus, *localē* & *particularē*. Sed pergamus in partitionibus. Deinde igitur Concilia sunt *infallibilita*, vel *fallibilita*. Illa sunt posita extra periculum errandi, ut Apostolica: hæc fecus, ut omnia Ecclesiastica. Tertio Concilia sunt *legitima*, vel *illegitima*: & *utraque* *Vet.* vel *N. Test.* vbi specialiter Concilia N. T. appellantur Christianæ illegitima, Antichristiana. Quarto Concilia sunt *ordinaria*, vel *extraordinaria*. Illa statim temporibus fiunt, de quibus *canon. apost. 38.* vbi iubentur Episcopi quotannis bis conuocare synodos: hæc, requirente aliqua necessitate præter ordinarios conuentus indicuntur, ut omnia ecumenica. Denique Concilia sunt *receppta ab omnibus* vel *aliquibus*. Hic memineris, nationalia quedam dici generalia: ut Milevitanum & Carthaginense *IV.* in tomo primo Conciliorum. Similiter Toletanum *III.* vbi Episcopi Hispaniæ tantum aderant. Quia nempe istiusmodi Concilia in regno vel natione aliqua sunt vniuersalia, non vero absolute: ut ait Bellarm. lib. 1. cap. 3. Vide etiam infra c. 3. §. 12. Atque hæc sunt partitiones dogmaticæ.

V. Ad his toriam Conciliorum iam descendimus, vbi primo se offerunt Concilia *Vet.* T est. quorum ignoratio plurimum nocet thelogo. Neque enim oculos ita oportet defigere in Concilia *Nou.* *Testam.* ut obliuiscamur illa vetera, quorum diligens consideratio multum facit ad naturam Concilii penitus intelligendam. Ergo Moses, Iosua, reliqui iudices, reges, sacerdotes, & populus Israeliticus legitur in sacra historia, Conciliorum administratio, ex maximis difficultatibus sese extricasse, & in Conciliis statuisse de rebus maximis. Conuocauit non semel David ex regno suo celeberrima Concilia & in his tractauit de rebus etiam ad religionem pertinentibus, non modo de regni incolumitate. Hoc ipsum fecisse legitur Iosias, sincerissimus ille & laudatissimus corruptæ ecclesiæ reformator. Notum quoque est ex *1. Reg. 18.* Concilium Carmelitanum, quod in monte Carmelo, sub Achab rege celebrabatur inter haereticos schismaticosque Baalistas, & orthodoxum atque vere Catholicum Prophetam Eliam, praesente vniuerso populo. Notum est omnibus & Galaditicum Concilium, de repento bello Ramoth institutum, in quo centuria aliquot Prophetarum sub inelytis regib. Iosaphat & Achab, disputarunt contra Micheam, verum veri Dei Prophetam, *1. Reg. 22.* Frequentissima item fuerunt concilia procerum & populi Iudaici contra Prophetas Dei fideles, contra ipsum Christum Dominum, & contra sanctos eius Apostolos. Vnde non solum origo, sed etiam vius, & abusus Conciliorum appetat. Quæ pluribus explicare non ab re fuit.

VI. *Origo itaque Conciliorum est divina: contra quam Albertus Pighius lib. 6. de coelesti hierarchia cap. 1. contendit, originem videlicet ipsorum esse plane humanam, & naturali ratione ex cogitatam.* Vnde Concilium generale appellat inuentum Constantini Magni, ex naturali ratione ex cogitatam. Quam sententiam recte confutat Bellarminus lib. 1. cap. 3. Sed non recte primam ipsorum originem arcet ab illis verbis Christi, *Mauth. 18.* vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, illuc ego in medio illorum sum: neque etiam recte scribit ibidem, Apostolos primum Concilium congregasse. *Act. 15.* Nam origo Conciliorum inde a temporibus Mosis est repetenda, & primum Concilium Apostolicum est celebratum *Act. 1.* de quo paulo post videbimus. Ia prius illud exequamur. Deus itaq; per Mosen instituit duo Concilia, quorum vnu pertinebat ad iudicia politica, alteru ad iudicium sacerdotum. Quæ duo plerumque à legentibus, atque adeo non nun-

quam ab interpretibus confunduntur. Cuius rei *πρόσωπον* est, quod saepe in Scripturis indistincte videntur ponit, & in historiis quam plurimis etiam leguntur fuisse confusa. Quam difficultatem vt tollamus, tria ista considerabimus: primam institutionem vtriusque illius Concilii, nec claram vtriusque coniunctionem, denique temerariam confusionem ipsorum. *Prima institutione* est manifesta ex Scripturis: puta *Num. 11. collato cum Deut. 17.* Priori loco Deus ita Mosen afferat: *Congrega mihi septuaginta viros è senioribus Israëlis; quos nos te esse seniores populi & moderatores eius.* Atque hoc est concilium Politicum, quod appellatum fuit postea Sanhedrin, Consistorium magnum, Senatus magnus, Sanhedrin magnum ad differentiam Sanhedrin parui. Nam in qualibet ciuitate Israelitica erat Synedrium paruum, quod constabat *XXIII.* sapientibus, eratque collocatum in porta ciuitatis, sed quidem ciuitas habebat plures quam *CXX.* homines. Alias tres tantum iudices constituerantur in ciuitate, quæ isticum numerum *CXX.* hominum non excedebat. Erant autem in collegio magno, quod *Sanhedregedolah* dicebatur, iudices *LXXI.* quod Hebrei ex eo colligunt, quod *l. d. dicit Deus, Congrega mihi septuaginta viros.* Moses autem fuit super eos, igitur fuerunt *LXXI.* Nā loco Mois est constitutus semper fuit *N. p. princeps*, qui etiā *N. d. excellens*, appellatur. Hoc Synedrium primum in Siloh, deinde Hierosolymis fuit constitutum, & quidem in loco Gazith, hoc est, in Camera polita & dolata: vnde & *Consistorium Gazith* appellatur. Eius erat authoritatis, cuius est hodie Camera Imperialis in Germania, & Parliamentum in regno Galliae. Porro iudices illi *LXXI.* in synedrio magno, & isti *XXIII.* in synedrio paruo, fuerunt & numero, & munere alii abijs, quos Moses *Exod. 18. ex consilio socii sui Iethro præfecit* populo. Omnibus tamen hisce commune erat, cognoscere causas ciuiles, non vero politicas. Itaque distinctum erat Concilium politicum ab ecclesiastico, vt constat ex *Deut. 17. v. 9. & 12.* vbi Deus ait: *Adibis sacerdotes, Leuitas, & Iudeem.* Item: *Vt non auferatis sacerdoti ministranti Iehonam, aut Iudici.* Vbi videmus distincte nominari sacerdotem, & iudicem. Quo pertinent omnia Scripturæ loca, in quibus seniores populi, aut seniores ciuitatis, & seniores loci, a senioribus sacerdotum & Leuitarum distinguuntur. Distinctum itaque fuit Concilium vnum ab altero, distinctum officium, & authoritas diuersa: cum authoritas politica sit imperii, ecclesiastica ministerij. Atque hæc est institutio distincta. Sequitur *coniunctione* vtriusque concilij locum habuit in causis sive questionib. mixtis, vt vocant, id est, quando res communiter ad ecclesiastica & temp. pertinet, agebatur: qua in re nec politicos sine ecclesiasticis, neque homines ecclesiasticos sine politici aequum est consilia inire. Sic vbi de ceremoniali & ciuii prædicta distributione agendum fuit, commune fuit consilium Moses cum Eleazaro, *Num. 31. vbi de tribibus Trans-iordananis, cognoscendum fuit, quæ altare in transitu extruxerant, concilium vtrumque conuenit,* *Ios. 22.* Extra ordinem vero, vbi res publica & ecclesia fuit instauranda, authoritate Iosaphati, Ezechiæ, & Iosæ, commune sive mixtum quoddam Concilium fuit institutum, hoc est, de vtroque concilio certi quidam homines fuerunt deputati, qui Concilii vtriusque nomine res politicas & ecclesiasticas procurarent. Vnde Iosaphat constituit duos praefides in hoc tali Concilio, vnum ecclesiasticum, alterum politicum, *2. Chron. 19. 11.* Non sequitur autem ex particuli. Si quædam causa interdum accidit, in quibus necessaria est vtriusque Concilii communicatio, ergo aut semper in rebus omnibus communicationem illam esse oportere, aut Concilium vnicum. Neque sequitur, Extra ordinem huiusmodi exempla extiterunt, ergo ordinarium esse. Hæc sententia confirmatur ex Iosepho, qui sic scribit: Si vero iudices (hinc inde in ciuitatibus constituti) nesciunt, de rebus ad se delatis pronuntiare, integrum causam in urbem sanctam mittent, & conuenientes Pontifex, & Propheta, & Senatus, quod visum sit, pronuntiant. *Idem lib. 2. ad Apionem* ait: Sacerdotes inspectores omnium, iudices controvenerunt, puntores damnatorum constituti sunt à Mose: videlicet distincte, iuxta tenorem legis *Deut. 17. ver. 9. 12.* Quare quod *Caroli Siganii lib. 6. de reb. Hebraeorum cap. 7.* scribit: Iniuere hoc Concilium Rex cum principibus populi, hoc est, duodecim principibus tribuum qui regi assiduebant, ac *L. XX. Semiroibus*, & *P. Pontifex* cum principibus sacerdotum, & scribis, hoc est, legi doctribus: id est intelligentem de causis grauioribus, adeoq; de coniunctione ac communicatione, non de confusione, quoq; hoc modo est introducta. Post reditum ex captiuitate Babylonica iuxta Synedrium magnum fuit Synagoga magna, in qua fuerunt Esdra & ipsius sodales, qui oblitteratum quodammodo legem pristino restituerunt nitori. Synedrium constabat antiquo suo numero, videlicet *L. XX.* Senatoribus, & uno præside. In synagoga magna erant viri *CXX.* Prior numerus obseruatus fuit in synagogis. Cum enim illæ instituerentur in Israel, vniuersique Synagogæ leprosæ vtrumque Dd. fuerunt praefecti, ad imitationem Synedrij magni: non quod vna esset, illius & synagogarum ratio, sed quia hic numerus procul dubio etiam fuit obseruatus in Concilio ecclesiastico. Atque hæc duo synedria ita fuerunt distincta vñque ad tempora Antiochi Epiphanis. Tum enim Matthias, & filii eius Macabæi, diuinitus excitati, vt viudices essent reip. labantis, vñsum gladij secularis & spiritualis coniunctim vñsurparunt, sicut olim Eli & Samuel fuerant ad liberationem reip. extra ordinem excitati. Sacerdotes vero, qui Macabæos secuti sunt, potestate sibi in dies acquisuerunt, arrogantes eam specie quidem successionis, & religionis alicuius, sed non vocatione. Ex tempore confusa fuit semper apud Iudeos vtraque administratio, donec authoritate Pompeii inter Aristobolum & Hircanum fratres disceptatum esset; sed ambitionis, ac non religionis causa. Tum enim desit in Antigono, Aristobuli filio, vtriusque dignitatis, regia & pontificia vñratio, & rursus distinguere coepunt duo ista Concilia: vt patet ex duabus maxime historijs. *Matth. 21.* dicuntur sacerdotes & seniores populi simul venisse ad Christum, postridie quam propolas è templo eiacerat, vt cognoscerent, qua authoritate id faceret; nempe quia factum ex parte politicum, atque ex parte ecclesiasticum esse indicabant. Sic *Mat. 26. & 27.* vbi de Christo prehendendo & occidendo cōsilia habetur, seniores sacerdotū, & seniores populi nominatur, vt distinctam esse p̄ illud tempus cognitionem vtramq; doceamus. Hoc etiam inde patet. *Philo & Iosephus lib. 14. antiqu. Ind. narrant*, synedrium, id est summum illud iudicium politicum, quod familiæ Dauidis maxime fuerat attributum, per Herodem Ascalonitam fuisse plane extinctum, & ipso permittente alios iudices esse substitutos, qui sub ipso rege essent. Quæ res de synagoga, sive Concilio Ecclesiastico non narratur vñquam sed

LIBER TERTIVS. CAP. I.

119

sed potius summos sacerdotes ab Herode & successoribus, contra legem annos & ex quois hominum genere fuisse factos ad arbitrium ipsorum. Ex quo satis appareat aliud esse synedrium politicum, aliud ecclesiasticum, quod Iudei tum suo sermone appellabant כְּסֵדֶת הַבָּדָלָן, id est, congregationem sive synagogam magnam. Quapropter cauto est opus in lectione veterum historiarum, vbi nomen τοῦ ιεροῦ & Sanhedrin (quod est vocabulum Syra terminatione ex Graeco illo factum) occurrit, ut prudenter observemus, utrum de consensu politico agatur, an ecclesiastico, vel utroque in unum chaos confuso. Prout enim res confusa extiterunt à Maccabaeorum temporibus, ita nomen illud inde à temporibus Antiochi confusum fuit. Nam quod illi perturbatis rebus extra ordinem instituerant, id successores quidam ipsorum, ambitione maxima paulatim confundentes diuinum & humanum ordinem in populo Iudeorum, peruerterunt. Ceterum in historia sacra N. T. quinque Synedria sive Concilia commemorantur. Primum fuit coactum contra Christum, Matth. 26. secundum, contra Petrum & Iohannem, Act. 3. & 4. tertium, contra Apostolos miracula facientes, Act. 5. quartum, contra Stephanum, Act. 6. quintum in causa Pauli, Act. 23. Atque hoc de Conciliis V. T. dicta sufficiant.

VII. Concilia Nov. Testam. non vocamus quoslibet piorum contentus, quales fuerunt Mariae Elisabethae, Zachariae, aliorumque piorum Luc. 1. item in domo Cornelii Act. 10. quibus nonnulli imponunt nomen Conciliorum: sed, ut ab initio dicebamus, conuentus hominum piorum ac reliquorum de rebus ecclesiæ consultantium. Et hæc quidem sunt Concilia καὶ ἀπόστων; quibus opponuntur illa, quæ dicuntur Τέσσαρα. Utique oportet enumerares. Distinguimus autem hæc Concilia in Apostolica, & mere ecclesiastica. Concilia Apostolica in Actis obseruata sunt quatuor a viris doctissimis. Primum, in quo eligitur Matthias, Act. 1. secundum, in quo diaconi instituuntur, Act. 6. tertium, in quo Iudaica instituta antiquantur, c. 15. & hoc fuit augustissimum, & τοῦ ἑβραιῶν dicitur Hierosolymitanum: quarti elicetur ex historia cap. 21. de Pauli aduentu Hierosolymam. Atque hæc Concilia fuerunt immunitia ab errore. Concilia mere Ecclesiastica Bellarminus partitum in quatuor classes. Quædam enim dicit esse ab Apostolica sede approbata, atque ab uniuersa ecclesia recepta; quædam omnino reprobata; quædam partim approbata, partim reprobata; quædam nec approbata, nec reprobata. Quartum membrum obiter explicat, quod illud in concilijs particularibus potissimum locum habeat: reliqua tria membra quomodo explacet, paucis videndum est.

VIII. Concilia generalia approbata numerantur hucusque decem & octo, ait Bellarminus lib. 1. cap. 5. Sed nos iustius hunc numerum esse negamus, & in sequentibus negationi nostræ fidem faciemus. Primum fuit Nicænum, an. Christi 326. coactum contra Arium, cuius errorem, quod Christus non sit verus Deus, damnarunt episcopi in isto concilio, presentes 318. e quibus fuerunt quatuor Patriarchæ, Alexander Alexandrinus, Eustachius Antiochenus, Macarius Hierosolymitanus, & Metrophanes Constantinopolitanus. Secundum est Constantinopolitanum primum, congregatum ann. 383. contra Macedonium, impugnantem deitatem Spiritus sancti: qui error ibi damnatus fuit ab episcopis 150. Tertium est Ephesinum primum, sive magnum, contra Nestorium coactum, qui duas in Christo personas constituit: in quo fuerunt episcopi 200. Quartum est Concilium Chalcedonense, in quo fuerunt episcopi 630. qui damnarunt errorem Eutichis, vicinam duntaxat in Christo naturam statuenter. Atque hæc sunt quatuor concilia, quæ summa semper auctoritas fuerunt in ecclesia, adeo quidem, ut Gregorius M. dixerit se illa recipere ac venerari ut quatuor Euangelia. Quod tam absque grano salis dici, vel admitti non debet. Nam quatuor Euangeliis, ut ipse εἰσερχεται στοιχεῖα, credimus propter semetipsa: Conciliorum vero definitionibus non credimus, nisi ea, quæ vel credenda, vel facienda aut omittenda proponunt, per Scripturas sacras probare possint. Ita iudicauit de ipso quoque Nicæno concilio, cuius auctoritas inter quatuor illa præcipua est, Augustinus, disputans cum Maximo Arianorum episcopo. Quare quod Gregorius dixit, sic emolliendum est, quatuor ista concilia esse proximo loco post quatuor Euangelia & symbolum Apostolicum veneranda. Oportet hic sequi illud Hieronymi epist. ad Minerum & Alexandrum: Nec, inquit, iuxta Pythagoræ discipulos præiudicata doctrinis opinio, sed doctrina ratio ponderanda est. Si quis autem contrariae factio[n]is immurmurat, quare eorum legam explanationes, quorum dogmatibus non acquiesco: sciat me illud Apostoli libenter audire. Omnia probate, quod bonum est tenete: & Saluatoris verba, dicentis, Estote probi numularii, ut si quis numerus adulter est, & figuram Casarum non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur; qui autem Christi faciem clara præfert lumine, in cordis nostri marsupium recondatur. Et paulo infra: Meum propositum est, antiquos legere, probare singula, retinere quæ sunt bona, & a fide ecclesiæ non recedere. Hoc idem respondemus & nos obiicientibus atque interrogantibus, cur duntaxat ista quatuor concilia, & non reliqua quatuordecim, probemus? Quia videlicet ea duntaxat approbare possumus, quæ cum verbo veritatis congruunt. Itaque ne omnia quidem dicta quatuor istorum conciliorum probamus. Vbi & hoc est obseruandum, nos quatuor illa œcumonica recipere absque ullius inter nos contradictione: sed multos quoque ex nobis admittere Constantinopolitanum II. & III. Concilia; quosdam etiam recipere Constantinopolitanum IV. Hinc illi sex, isti septem agnoscunt concilia generalia. Nunc pergamus recensere conciliareliqua.

IX. Quintum est Constantinopolitanum II. an. Christi 550. contra Origenem, in quo fuerunt episcopi 165. Sextum est Constantinopolitanum III. contra Monotheletas, an. 680. Episcoporum 289. Dicitur alias synodus Trullana, & τριτη, id est, quinisexta. Prior appellatio est a loco sacri palatii, qui dicebatur Trullus: posterior ab euentu, quia hoc concilium assumit quosdam canones concilii œcumениi quinti. Sed Bellarminus distinguunt synodus Trullanam seu Quinisextam à Constantinopolitanam III. Vide mox num. 12. Dicit etiam à Ballamone vocari cœcilium quinisextum, quia non est hæc Synodus quinta, neque sexta, sed canones addidit quintæ, & sextæ synodo. Quæratio vera est, si distinguatur Trullana synodus à sexta. Septimum est Nicænum II. an. 787. contra Iconomachos coactum; quod constabat ex 350. episcopis. Octauum est Constantinopolitanum IV. de causa Photii, an. 870. in quo fuerunt episcopi 383. Nonum est Lateranense I. episcoporum 900. & amplius, an. 1123, contra Saracenos, pro recuperanda terra sancta. Decimum est Lateranense II. episcoporum 1000. contra Antipapas, & pro iure cleri. Undecimum est Lateranense III. episcoporum fere

300. pro reformatione ecclesie, & contra Waldenses, an. 1180. Duodecimum est Lateranense IV. episcoporum 472. an. 1215. pro recuperanda terra sancta, & contra varias haereses. Decimum terium est Lugdunense I. an. 1245. contra Fridericum Imperatorem, & pro terra sancta. Decimum quartum est Lugdunense II. Episcoporum 500. ann. 1274. contra errorem Græcorum. Decimum quinum est Viennense, episcoporum 300. ann. 1311. contra varias haereses. Decimum sextum est Florentinum, Patrum 141. an. 1439. contra errores Græcorum. Decimum septimum est Lateranense V. Patrum 114. contra schismata, & pro variis negotiis, ann. 1512. Decimum octauum est Tridentinum, an. 1545. inch. datum, an. 1563. finitum, contra haereses Lutheranorum: cui interfuerunt Cardinales sex, Legati quatuor, Patriarchæ tres, Archiepiscopi triginta duo, Episcopi ducenti viginti octo, Geherales ordinum ministri septem, Episcoporum Procuratores plurimi. Ex his Conciliis nullum est, quod non sit à Pontifice probatum, & à Catholicis recipiat.

X. De hoc Bellarmini catalogo hæc est nostrorum crisis. 1. Papa Romanus ut Scripturas, ita concilia taxare, hoc est, probare, aut improbare, non potest. Ista enim taxa est partim impia & blasphemæ, quantum ad S. literas attinet; partim stulta & ridicula, ratione conciliorum. 2. Bellarminus hoc loco sui est oblitus. Omisit enim Concilium Sardicense I. quod an. 347. restituit Athanasium & Marcellum. De hoc enim ita scribit lib. 2. de Pontifice Roman. cap. 21. Probatur primo ex Concilio Sardicensi, quod generale fuit, & semper in ecclesia receptum. Nam Sulpitius lib. 2. Sacra Historia, ex toto orbe conuocatum scribit; & Socrates lib. 2. cap. 16. Histor. eccl. generale concilium appellat. Præterea, ut scribunt Athanasius initio secunda apologia, & Hilarius in lib. de synoïdis, fuerunt in eo concilio plus quam 300. Episcopi Catholici ex 36. provinciis totius orbis Christiani. Sic Bellarminus. At hac ratione fuerint XIX. Concilia generalia approbata à Pontifice. Verum fallitur Bellarminus. Non enim istud concilium fuit generale re ipsa & eventu, sed tantum in instituto Constantii & Constantis Impp. quia etiæ conuenierant Episcopi ex oriente & occidente, tamen re infecta per dissensionem tumultuarium plurimi ad ecclesias suas se receperunt. 3. Concilium Nicænum II. fuit impium & scleratum: ut propter quod sanciuit adorationem imaginum, & intercessionem sanctorum. Sequentia concilia pleraque (nam quædam exceptio) vix concilia, nedium generalia concilia dicenda sunt. Nam aut aliud egerunt Patres illi plurimum, & coitiones fuerunt politicae, non cœtus ecclesiastici; aut egerunt male, rebus superstitionis, falsis, impiis, constitutis; aut denique aliquid intersperserunt boni, sed infrequentius. Quamobrem illa concilia nō solum loco relinquimus, & valere sinimus. 4. Quod Bellarminus dicit, non extare concilium nonum, nec sequentia multa, quis non miretur? Extant orientalium acta apud nos, qui occidentem incolimus, occidentalium minime: quæ tamen apud nos magis extare oportebat; in primis autem Lateranensis Rome in Laterano, in Patriarchio, aut in tablino Pontificio afferuari, non extant ergo, ignavia, an dolo? 5. Concilium Constantinopolitanum IV. hoc loco à Bellarmino dicitur respectu Constantinopolitani III. œcumenicu. Alias non est numero quartum, sed forte XII. & nostris quibusdam appellatur septimum œcumenicum. Quo tamen nomine alii nunquam Concilium Constantinopolitanum sub Philippio, vel Copronymo. 6. Concilium Tridentinum est plane Antichristianum; quippe acroterium turris Babylonica, & altare haeresium oppositum altari veritatis cœlestis, ita ut hic locum habeat illud: Altare contra altare. 7. Bellarminus ait, octo priora concilia ideo recipi, quod probent & veluti authentizentur in iure Canonico, decret. dist. 16. can. Sancta Octo. nouem sequentia, quod in eis praefuerit summus Pontifex, ultimum, quia confirmatum est à Pio IV. Egregie profecto omnia! An ius Pontificum potest approbare impium decretum synodi Nicæna II? An potest summus Pontifex in terris (quoniam nemo est summus in terris Pontifex) contradicere summo Pontifici in cœlis? Denique hæc probationes sunt ad partem, ut pragmatico loquuntur, id est, ut vulgo dicimus, sunt partiales. Hoc autem iure quis nesciat vincere? Itaque non sequitur: Pontifex approbavit & confirmavit has synodos, aut in ijs presedit. Ergo hæc synodi probata sunt.

XI. Iam Bellarminus cap. 6. Concilia generalia reprobata octo commemorat. Primum est concilium Antiochenum, ann. 345. in quo Athanasius est damnatus, & via patefacta ad euerctionem Concilii Nicæni I. Secundum est Mediolanense, an. 354. in quo fides catholica ab Episcopis plus quam 300. oblique fuit damnata, & in exilium missi fuerunt Episcopi, qui damnationem Athanasii subscripte noluerunt: ut Hilarius, Osius, Paulinus. Tertium est Ariminense, Episcoporum 600. an. 363. in quo sublatum est de symbolo nomine ihesu. Quartum est Ephesinum II. an. 449. in quo confirmata est haeresis Eutychiana, & Flavianus Episcopus Constantinopolitanus occisus, omniaque gesta fuere per seditionem & vim: vnde appellatur synodus Ἀγριεύς id est, latronum. Quintum est Constantinopolitanum sub Leone Imp. an. 730. contra imagines. Sextum est Constantinopolitanum sub Copronymo, an. 755. itidem contra imagines. Septimum est Pisanum, an. 1511. congregatum ab Imperatore, & Rege Gallie, & aliquot Cardinalibus, contra Iulium II. Papam. Octauum est Wittembergense, quod Lutheranum generale vocant, 300. pastorum, præside Luthero, an. 1536.

XII. In hoc catalogo ista damnamus. 1. Concilium Constantinopolitanum V. sub Leone, adeo non debet acceneri reprobatis, quemadmodum neque VI. sub Copronymo, ut potius priori catalogo vtrumq; debeant inseri. Recte enim damnarunt cultum imaginum. Atque hinc est, quod Constantinopolitanum IV. sub Philippo, ann. 712. à multis vocatur septimum œcumenicum: quoniam alii Concilium sub Copronymo vocant quartum Constantinopolitanum, & septimum œcumenicum, respectu nempe Constantinopolitanu III. Quidam etiam illud sub Copronymo, non sextum, sed septimum Constantinopolitanum appellant. 2. Acta duorum istorum conciliorum proculdubio a patronis imaginum & traditionum, qui inde ab illo tempore plurimum obtinuerunt, sublatæ sunt. Neque enim adeo multa extant de hisce conciliis, præterquam quod in Tomis conciliorum legitimus. 3. Concilium Pisanum eo damnavit Julius II. quod nec auctore, nec consentiente ipso habebatur, cum principes Christiani se se a fraudibus & violento ipsius ingenio vindicare velle viderentur. 4. Concilium Wittembergense, prouinciale fuit, aut forte nationale: generale non fuit. Sed hoc concilium, & alia nostrorum, à tomis conciliorum excluduntur suffragio Antichristi.

XIII. Nunc prostremo videamus illa concilia generalia, quæ Bellarminus cap. 7. partim approbata, partim reprobata est. Ea vero sex

enarrat.

DE CONCILIIS

enumerat. *Primum generale partim confirmatum, parvum reprobatum*, est Sar-dicensc concilium Episcoporum 376. ann. 351. ex quibus 300. Episcopi occidentales fidem Catholicam confirmarunt, reliqui 76. Episcopi orientales fidem Arianam suscepserunt. *Secundum* est Syrmiente, an. 356. in quo hæresis Photini damnata fuit, quam damnationem omnes ecclesie probauerunt. In eodem concilio duæ formulae fidei dissidentes inter se sunt editæ: una Graece, eaque Catholica; altera Latine, plena aperte blasphemiae. *Tertium* est concilium Quinisextum, in quo continentur canones Trullani, numero 102. quos dicimus partim reprobatos, quia summus Pontifex non interfuit; partim approbatos, ut est ille de pingendis imaginibus. *Quartum* est Francofordiens, an. 794. quod approbatum est ab Adriano, quantum ad eam partem, qua definitur Christum non esse Filium Dei adoptium; & reprobatum ab eodem, quantum ad alteram partem, in qua damnatur synodus septima, videlicet Nicæna II. seu adoratio imaginum ibi sancta. *Quintum* est Constantiense, Patrum fere mille, ex quibus Episcopi amplius 300. ann. 1414. Hoc concilium, quantum ad primas sessiones, ubi definit concilium esse supra Papam, reprobatum est; quantum ad ultimas sessiones, confirmatum & receptum. *Sextum* est Basiliense, ann. 1431. Huius concilij nihil est ratum, & probatum, nisi quædam dispositiones circa beneficia ecclesiastica.

XIV. Sic itaq; Bellarm. quædam concilia generalia pia, quædam impia, qdā mista statuit. De illis & istis modo diximus, de his breuissime ista addimus. 1. Concilium Quinisextum non recte distinguitur, vel potius separatur a Concilio Constantinopolitano III. siue sexto œcumenicō approbatum. Nam quia illud nullos ediderat canones, an. 680. sub Constantino IV. Imp. post amos 27. videlicet anno Domini 707. Iustinianus Imperator Patres ad synodum Constantinopolitanum reuocauit. Venerunt plerique omnes, atque etiam Pontifex Romanus suos remisit legatos. Repetita & comprobata sunt acta superiora, sessionibus 18. perfecta. Præterea Patres ad correctionem ecclesiæ considerunt, promulgant, & subscripserunt canones 102. qui recte sunt à Romano Pontifice, quia permittantur sacerdotibus vxores, & ecclesia Romana æquo acerbis perstringatur. Itaque synodus hæc Trullana non est noua, siue distincta à Constantinopolitana III. sed est illa ipsa repetita: & immerito à Bellarmino vocatur synodus erratica. Verum translat hoc. 2. Concilium Francofordiens recte damnavit errorem synodi Nicæna II. Itaque quantum ad primam & secundam partem est approbadum; ideoque in primo catalogo colloquandum. 3. Concilium Constantiense & Basiliense recte definit, concilium esse supra Papam: ut infra patet.

XV. Talis itaque est catalogus conciliorum à Bellarmino contextus, & à nobis retextus; cuius fundamentum est illa absurdissima hypothesis, Distinctio conciliorum in approbata, reprobata, mixta, & neutra, pendet tota iudicio & nutu Romani Pontificis. Quam tribus potissimum rationibus evictimus. 1. Iudicium de concilijs, quod fert Papa, aut est iudicium practicum, aut theoreticum, quod dicitur iudicium. Non illud; quia concilia non habent suam essentiam a iudicio ullius hominis. Si hoc; ita quilibet fidelis potest iudicare. Sed videamus de vtroque. Veritas & falsitas rei non pendet ab intellectu vel iudicio hominis, sed a conuenientia ipsius cum intellectu Dei, tum in naturæ, tum in gratiæ & gloriæ regno. Quare si verimus cognoscere veritatem rerum naturalium, oportet principia naturæ inspicere: si rerum supernaturalium; principia sacrae Scripturæ nobis sunt cognoscenda. Hinc pater, concilia, ipsorumque canones & decretalia, esse exigenda ad normam S. literarum. Id vero datum est, omnibus filiis Dei, non solum Pontifici Romano, vt dogmata vera vel falsa ex Scripturis dijudicare possint. 2. Concilia legitima sunt supra Papam. Ergo ab illo non habent esse approbationis, vt loquuntur Scholæ. Antecedens probatur: quia omne legitimum, eo ipso quod est legitimum, superius est alterius iudicio. Deinde Spiritus Prophetarum Prophetis subiecti sunt, ita nimis ut vnu se debat permittere institendum & regendum pluribus ductum S. literarum sequentibus. Sed hoc argumentum fuse tractatum vide infra c. 10. 3. Papa inde a Bonifacio III. est Antichristus. Ergo non potuit iudicium ferre de conciliis, quæ sint legitima vel illegitima.

XVI. Facebat itaque hoc paradoxum de distinctione conciliorum, & hæc tria axiomata firmiter tenebantur. 1. Omnia concilia decreta, siue illa generalia, siue particularia, item siue antiqua, siue recentia sunt, eatus sunt, quatenus cum Scriptura consentiunt, à Christianis omnibus recipienda sunt; secus autem reprobanda. 2. Quatuor œcumenica Concilia, Nicenum I. Constantinopolitanum I. Ephesinum I. & Chalcedonense, quantum ad principia doctrinæ capita attinet, omnino recipimus: in reliquis autem omnibus multa optimo iure desideramus; & nominatim de Niceno II. & plerisque sequentibus libere pronuntiamus, illa esse partim Antichristiana, partim superstitionis saltem, & erroribus multis obnoxia. III. Nos quoque habemus nostra concilia, quæ proxime accidunt ad simplicitatem concilio-Apostolicorum, & cum ijs per omnia consentiunt, quantum ad fundamentum. Itaque illa iure merito opponimus pomposis Papistarum Conciliis.

XVII. Porro ex catalogo Bellarmisi hæc duo colligimus, quæ nobis magni argumenti loco esse possunt in sequenti tractatione. 1. Concilia generalia posse errare, & falsas opiniones amplecti. e.g. Antiochenum, Ariminense, & Ephesinum II. vt patet ex catalogo sine classe secunda §. 11. 2. Concilia generalia decretuisse quædam, quæ aperte pugnant cum ecclesiæ Romane doctrina, cumque sedis Apostolicae authoritate. Ita decreuerunt duo concilia Constantinopolitanum, V. & VI. & Francofordiens, contra imagines; Constantiense, & Basileense, oportere Pontificem parere concilio, & ab illo abdicari posse, atque in ordinem cogi: ideoq; hæc concilia Pappæ dispucluerunt, & proinde ab ipso reiecta sunt. Tantum igitur concilia valet, quantum Pontifici placent.

XVIII. Necesseas Conciliorum sequitur, adeoque illa quæstio, An concilia quandoque sint cogenda? Tres autem hic se offerunt sententiae. Prima, plane non esse necessaria concilia: secunda, huic contraria, esse præcisæ necessaria: tercia, inter utramque media, non esse necessaria simpliciter & abso-lute, sed necessitate expedientia, vt vocant. In prima sententia fuit Nazianzenus epist. 42. ad Procopium, vbi rogatus vrad concilium veniret, se excludat, aperteque ait, se & vrad vñquam id est, omnem conuentum episcoporum fugere. Cuiusrationem reddit: quia nullius vñquam synodi

bonum & felicem exitum vidisset. Propterea atterit, non tam *λέγεται* quam *αποδίξει* habuisse, hoc est, malorum non tam remedia, quam incrementa ex illis proueniisse. Et tamen ante illum habita nonnulla concilia sunt, Nicænum nempe primum, & Constantinopolitans primum: in quibus vicit veritas, hæresis explosa est. Mirum ergo videri potest, quod Nazianzenus se alicuius concilii bonum exitum vidisse negat. Sed ignorandum est Nazianzeno; quia pessimis & turbulentissimis ecclesiæ temporibus vixit, in quibus properauerat Valentis Imperatoris à fide Catholica mentem, hæretici plurimum valuerunt, atque adeo post Synodum Nicænam, Arij hæresis magis est aucta & confirmata, & magis ecclesiæ perturbauit, quamantea. Cum Nazianzenus tam improba hominum ingenia cerneret, lynnodos omnes refutavit, ne maiorum inde malorum occasio nascetur. Itaque exemplum Nazianzeni, ciusque ratio, quam adfert, nos nihil mouere debet. Nam Nazianzenus perturbato animo fuit, & ipsius ratio continet fallaciam non causæ vt causæ, itemque accidentis. Opponamus ergo ipsi Augustinum, qui epist. 118. ait, conciliorum in ecclesia Dei saluberrimam esse autoritatem.

XIX. Qui concilia simpliciter necessaria esse contendunt, ratione & authoritate pugnant. Ratio hæc adfertur. Concilium est ex illis remediis, quæ adhibentur, cum omnia alia sua frusta: vt patet ex A. 15. ex historia ecclesiastica, & quotidiana experientia. Inde enim constat, extremo loco fuisse conuocata concilia, cum alia ratione hæreses & schismata compesci non possent. Authoritates Patrum varie hoc idem videntur confirmare, non minat illud *Isidori in prefatione Conciliorum*; vbi scribit, ante Constantini tempora, Christianam ecclesiam in variis hæreses diuisam fuisse, quod propter Imperatorum persecutions non licet Episcopis concilia celebrare. Vbi sine dubio intelligi concilia generalia. Constat enim ante Constantini tempora, multa concilia particularia celebrata esse. Respondso ad 1. Concilia, in primis generalia, extremo adhibentur loco: quia hoc est secundum naturam, vt a facilitibus remedijs, quæ medie appellant *modis*, incipiamus, & tandem adhibeamus extrema, quæ vocant. Sed hinc non sequitur, ideo concilia esse simpliciter & absolute necessaria, ita utem ut ecclesia sine illis esse non possit. Nam sicut remedia faciliota, recte adhibita, interdum prosunt, & extrema, recte adhibita & ipsa, interdum non prosunt, sed potius obsunt: ita quoque vsu venit in ecclesia: vbi hæreses, schismata, & similia mala, interdum tolluntur extra concilia, & interdum per illa exasperantur atque acuuntur. Sic ante Constantini tempora multæ hæreses fuerunt sublatæ absque concilijs generalibus: & post illius tempora in multis hæresibus extirpandis frustra læpius laborarunt concilia generalia. Itaque hoc tantum sequitur ex illo argumento, concilia ad comprimendas hæreses sepe utilem adhiberi. ad 2. Eadem procul dubio est mens Isidori. Nam ante Constantini M. tempora plurimæ hæreses à concilijs particularib. sublatae fuerunt: & post illius tempora plurimæ hæreses à concilijs generalibus extingui non potuerunt. Sed missam facimus hanc sententiam: vt pote quam ipse Bellarm. c. 10. recte confutat.

X. Tertia sententia est concilia non esse quidem simpliciter & absolute necessaria (nam sine his fides & ecclesia in columnis esse potest) sed tamen multum conferre, & valde utilia esse, siue generalia sint, siue particula-ria; & proinde necessaria esse necessitate commoditatis, seu expedientia, vt diximus: id est, omnino necessaria esse, non ad esse, sed ab bene esse ecclesie, tanquam media, quæ faciunt ad finem melius obtinendum. Et hoc sibi vult Bellarmius cap. 10. cum ait, concilia omnino esse necessaria ad bonam ecclesiæ gubernationem. Similiter Caluinus in Institutione pronuntiat: Nos libenter concedimus, si qua de dogmate incidat disputatio, nullum esse certius remedium, quam si verorum Episcoporum chorus conueniat, vbi controuersum dogma discutatur. Haec tenus igitur inter nos & Papistas conuenit. Et hæc sententia ijsdem fere argumentis utrinque confirmatur. Ac primo quidem concilia generalia non sunt simpliciter necessaria, quia 1. non sunt præcepta à Christo vel ab Apostolis. 2. quia non faciunt ad internum ecclesiæ statum. 3. quia fides & ecclesia 300. annis in columnis permanit absque concilio generali. Nam ante Synodum Nicænam nullum fuit concilium œcumenicum. Deinde concilia esse utilia, & interdum necessaria, sic demonstratur. 1. Christus ipse pronunciat & promittit Matth. 18. 20. Vbi duo aut tres in nomine eius congregantur, ibi se futurum in medio eorum. Quibus verbis significat, piorum ac religiosorum conuentus & concilia propter causas pias suscepit atque instituta, sibi minime displicere. Hinc synodus Chalcedonensis in epist. ad Leonem, locum istum de concilijs intelligit. 2. Si necesse est, vt scandala veniant, Matth. 18. & oportet hæreses esse, i. Corin. 11. certe necesse est etiam, vt in ecclesia sint omnis genitris media & remedia, quibus & hæreses damnari, & scandala tolli possint. Inter ista vero media & remedia non postremum locum obtinent concilia, tum generalia, tum particularia. 3. Praxis ecclesiæ V. & N. T. hoc idem confirmat. Nam David, Ezechias, Iosias, & alij pīj principes Israelitarum, neque sacras ceremonias instituerunt, neq; religionem repurgarūt, absq; synodo seniorū, sacerdotum, Prophetarum, & Leuitarū. Sic Apostoli comitia sua celebrentur, A. 1. & 6. & 15. Et in primitiva ecclesia ista consuetudo, post Apostolorum excessum, obtinuit, vt adres dubias explicandas concilia Episcoporum haberentur. 4. Quemadmodum faces disiectæ (quæ est Chrysostomi similitudo) nihil aut parum caloris concipiunt; si vero in vnum convergant, flammam excitabant: sic homines pii congregati multum possunt, disgregati vero parum efficiunt. Et quemadmodum in ijs rebus, que viribus sunt, & robore administrantur, vis vnta fortior esse solet: sic in ijs rebus, quæ consilio geruntur, si coniunctis studijs omnia agantur, facilius transfiguratur. Denique sicut membra corporis non sibi tantum singula consulere, sed communem utilitatem spectare debent ita in Ecclesia, quæ est vnum corpus, fieri debet. Quo pertinet proverbiū: Oculi plus vident, quam oculus. Et istud Innocentius ad Gratianum diff. 20. cap. De quibus: Facilius inuenitur, quod a pluribus senioribus (sapientibus) queritur. Verus enim repro-millorat Matth. 18. Si duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. 5. Concilia multum conferunt, & valde utilia sunt, propter octo istas causas: vt nempe, si quæstio difficultis in fide orta fuerit, veritas communis studio queratur, atque ita facilius inueniatur: vt abusus in ecclesia tollantur, & viria remoueantur: vt ordo, & legitima disciplina partim constituantur, partim conseruetur: vt paci ecclesiæ consulatur, & vnitatis conseruetur: vt ex ipso congressu & aspectu mutuo consolatio & voluntas percipi-

percipiatur: ut fides illorum confirmetur, qui putant ecclesiam aliter sentire: ut pastoribus & ecclesiis laborantibus ob haereses & schismata, communis opera subueniatur: denique ut haereticis, schismaticis, & alijs publico iudicio damnentur atque compescantur. De his causis vide plura cap. 4. ver. 6. Accedit Patrum sententia. Sic enim *Cyprianus* libro secundo epist. I. ad *Stephanum*: Necesse habuimus, conuenientibus in unum pluribus sacerdotibus, cogere & celebrare Concilium. De *Augustino* vide paulo ante §. 18. Leo quoque *Magnus* sue I. eandem sententiam confirmat epist. 9. ad *Theodosium iuniorum*: Si pietas vestra suggestione ac supplicatione nostra dignetur annuere, ut intra Italiam iubeat haberi episcopale Concilium, cito (auxiliante Deo) poteruit omnia scandala, quae in perturbationem totius ecclesiae sunt commota, resescari. 7. Cum moleustum esset, Concilia generalia conuocare, decretum olim est, ut in singulis prouincijs bis quotannis, aut semelad minimum, Concilia celebrarentur: ut habetur in *Nosell. Iustiniani*, const. 123. *Ira* ḡ πάτριον ḡ ικανότερον κατηγορίας, τὸν οἶδον καρόντες επιτιθέμενοι, φυλάκισθε, καλεύοντες ἐναγγελούντες αρχιεπίσκοπον τοῦτον: τὸν μητροπολίτων τοὺς τελεῖτες, τὸν τιμητὸν τούτους: τὸν αὐτοὺς τελεῖτες, τὸν αὐτοὺς τιμητὸν τούτους.

XII. His ita explicatis, duo restant. An videlicet nostri in hac questione dissentiant inter se, &c. Num à Papistis hac ipsa in re dissident? Ad priorem questionem quod attinet, ratio dubitandi est gemina. Primo enim *Iunius* diserte scribit in capite decimo huius controversie apud *Bellarminum*: Nos eas (synodos) contra, si legitime sunt, affirmamus absolute necessaria esse. Contra *Withakerus* quast. I. de Conciliis scribit: Etsi ergo Concilia non sunt simpliciter & absolute necessaria (nam sine his fides & ecclesia in columnis esse potest) tamen multum conferunt, & valde utilia sunt. Et paulo post: Nos quidem non putamus esse simpliciter necessaria. Nam si simpliciter necessaria essent, Christus alicubi præcepisset celebrari, aut eius saltem Apostoli: quod tamen nusquam ab illis factum legimus. Præterea haec ecclesia & fides in columnis permanxit per 300 annos sine Concilio generali. Et mox: Hoc enim inter ecclesiam & Rempul. interest, quod Rerpubl. humano indiget consilio, nec sine huiusmodi consilio stare possit: at ecclesia à Deo regitur & seruatur, ut quanquam ad illius statum externum conferat Concilium, tamen vita & salus ecclesiae in concilio non consistat. Quæ dæ sententiae videntur inter se configere. Deinde, si ita est, ut cum Bellarmino paulo ante diximus, videlicet Concilia omnino necessaria esse ad bonam ecclesie gubernationem; sane consequens est Concilia interdum absolute simpliciter esse necessaria. Quo argumento vtratur *Iunius* d. l. in cap. 11. & addit: Si nonnunquam in ecclesiis contingunt cause, quæ a particularibus conciliis curari non possunt; profecto vicimus, ipso Bellarmino iudice, concilia generalia absolute simpliciter esse necessaria. Et in c. 10. ait, esse interdum tempora, cum generalia concilia sunt absolute necessaria.

Respondeo. Tota haec disputatio tollitur vna distincione. Est enim ambiguitas in vocabulo *necessarius*. Consentimus nempe in hoc, Concilia esse necessaria. At quomodo? Necessitate illa, quæ penderat sine, ut omnes necessitate habent concedere. Ista vero necessitas est duplex: primo, ut finis sit, siue obtineatur simpliciter; deinde, ut finis sit commodius, siue obtineatur faciliter. Prior modo necessitas est ut etiam, si velim vivere: posterior, necessaria mihi est pecunia, si velim commode & iucunde vivere. Ita equus est mihi necessarius, si velim iter facere expedite. Concilia sunt necessaria posteriori modo; quia non faciunt ad esse ecclesiae, seu ad ipsius vitam & formam. Itaque haec tenus non sunt necessaria simpliciter, & absolute. Potest enim ecclesia sine conciliis esse, & conseruari. Postquam vero alia omnia media sunt frustra tentata, superest ut ad Concilia, tanquam ad sacram quandam anchoram, configiamus. Et in hoc casu sunt necessaria simpliciter, siue absolute, quemadmodum §. decimo nono de remediis diximus. Itaque generatim Concilia non sunt absolute necessaria: quia illis carere possumus, & omnis eorum authoritas humana est, atque errori obnoxia. Comparete autem loquendo, ista necessitas ipsis tribuitur, quando ad hoc unum refugium, alijs frustra tentatis, nos recipimus. Hoc alij sic enunciant; Concilia sunt absolute necessaria, non ad esse, sed ab bene esse Ecclesiae. Itaque ambiguitas etiam est in vocula *absolute*.

XIII. Pontificios nostros quod attinet, ab illis reuera dissentimus in hac ipsa questione. Dicunt enim illi, Concilium esse medium ordinatum, ac proinde necessarium, magnum aut parvum, unum vel plura, prout Pontifex Romanus, summus ille omnium controversiarum iudex, vice Christi, iudicauerit ut sunt verba *Bellarmino* cap. undecimo. His verbis Bellarminus reipsa id negat, quod alioquin verbis affirmat. Nam si unus Papa potest omnia expedire, & si absque illo Concilia nihil possunt, nihilque valent, non utique sunt necessaria. Quid enim opus est tanto sumtu & labore, in cogendis Conciliis, si Pontifex est summus omnium controversiarum iudex? Cur non recta potius ad unum illum iudicem omnes accedunt? Sed ut paulo manifestius euadat, aduersarios id reuera tollere, quod verbis alioquin magnifice prædicare solent, age videamus thesuis & praxin Papistarum hac in re. Thesis est: Etsi summus Pontifex, vice Christi, est iudex omnium controversiarum, eique obtemperare debet fraternitas universa, ut *Cyprianus* loquitur libro primo epistola tercia, tamen non debet in controversijs fidei dijudicandis, aut solo suo iudicio fidere, aut expectare diuinam revelationem, sed adhibere diligentiam, quantum res tanta postulat, & ordinaria media; & tum demum expectare assentientem Spiritus sancti, & directionem diuinam. Porro medium ordinatum, ac proinde necessarium, est Concilium, magnum aut parvum, unum vel plura, prout ipse iudicauerit. Haec, inquam, est thesis *Bellarmino* cap. undecimo. Videamus quomodo cum hac thesis conueniant ista. *Bellarmino* cap. decimo, ait: Etiamsi ad extinguendas septem haereses primas septem generalia Concilia valuerunt: tñ plus q̄ centum haereses extintæ fuerunt a sede Apostolica, cooperantib. cōciliis particularib. &, si unum schisma sublatū est p̄ Conciliū generale Constantiense, schismata supra quinque & viginti fine concilio generali sublatā sunt. Idem libro quarto de Pontif. cap. tertio. Experimentum est: quoniam plurimas haereses Romanus Pontifex sine generali Concilio damnauit, ut Pelagii, Priscilliani, Iouiniani. Cofterus in Enchiridio Pontif. Hoc modo Christus majori compendio, Christianorum commen-

dis prospexit. Idem ibidem. Pastores, quos Spiritus sanctus proposuit regere ecclesiam Dei: non est necesse in unum coire locum, ut ecclesia aliquid mandasse dicatur: sed satis est, si supremus Christi vicarius in terris, Pontifex summus, legem ferat. Spiritus veritatis est in summo Pontifice, etiam cum vult aliquid sine concilio definire. Sic *Gretserus* colloq. Ratisb. session. I. Semper est iudex infallibilis, vel cum solus aliquid definiat. *Bellarmino* lib. secundo de Concil. cap. 17. Pontifex est absolute supra concilium. Concluamus itaque cum *Erasmo* annot. in 1. Corinthiorum 7. Quid opus est conciliis? quorū tot theologi accersuntur? quorū attinet, tot Academias in tractandis fidei negotiis distorqueri? cum ex uno Pontifice, quid verum sit, audire licet. Sane fructus sit per plura & maiora, ut ita *Peterius* comment. in Exod. 10. disput. 2. num. 14. quod æque bene fieri possit per pauciora & minora: neque absque necessitate multiplicantur entia, ut loquuntur philosophi. Hinc itaque perspicue patet, contradictionem non obscuram latere in hoc axiome papistarum, concilia esse quidem illa necessaria, sed nihil valere absque iudicio Pontificis, huius autem iudicium valere plurimum, & satis esse, absque conciliis. *Praxis Pontificiorum* hanc ipsam contradictionem confirmat. Quoties enim concilium aliquod contra ipsos profertur, exceptiunt, illud non esse approbatum à Pontifice, Pontificem ibi non praesedisse, nec per, nec per legatos suos. Ita nempe respondent, quando ipsis obijiciuntur. Concilium Chalcedonense, quo exortitur auctoritas Pontificis Romani: item, Concilium Elibertinum & Francofordiense contra imagines: Bafleense & Constantiense, quod concilium sit supra Papam &c. Ita nempe Pontificis, dum auctoritate conciliorum premuntur, hoc iugum statuimus excutient, ut nobis sumum intolerabile imponant; & quod vna manu dant, altera eripiunt. Ita enim concilia ipsis sunt necessaria, ut potius non-necessaria verbis & factis demonstrent. Gloriantur de conciliis, illa necessaria & sua esse (sic enim *Campianus* rat. 1. Concilia generalia mea sunt, primum, ultimum, media: his pugnabo) & nihilominus, quando conciliis urgentur, negant illa necessaria & sua esse, quod non sint approbata à Pontifice.

CAP. II.

Ius connocandi Concilia non esse penes solum Pontificem Romanum sed penes Ecclesiam & p̄sos principes.

I. Postquam de necessitate conciliorum differimus: recta methodus postulat, ut de iure seu potestate conuocandi concilia, cuiutnam ea sit, disputemus. Qua quidem in disputatione magnam adhibere oportet diligentiam, ne simpliciter & sine distinctione aliquid statuarit: quod peccatum peccat non solum Papista, quando aiunt, à solo Pontifice Romano cogi posse concilia generalia; sed etiam nostri, quando hanc auctoritatem solum principibus p̄is vendicant. Nos ita distinguimus, secuti ductum literarum, rectam rationem, & exempla Nou. Testam. Sic, inquam, distinguimus. Conuocatio concilij est actio ministerialis, vel principalis. Ministerialis; quando est mere Ecclesiastica: ut quando Apostoli indixerunt Concilium A.D. 15. inscio magistratu ciuili. Principalis; quando est actio politica & regia, non vero Ecclesiastica: ut quando Constantinus Magnus conuocauit Concilium Nicenum. Prior illa conuocatio ntitur auctoritate ecclesiæ: posterior, auctoritate magistratus. Duas itaque theses defendendas hoc loco suscipimus. 1. Ecclesiæ, adeoque solos Episcopos, iure diuino, sine vla authoritate ciuili, posse ministerialiter indicere Concilia, probatur his argumentis. 1. Christus omnem potestatem ecclesiæ necessariam, ipsi tradidit. Matthei decimo sexto & decimo octavo & vigesimo octavo. At potestas conuocandi Concilia, & conuenienti in conciliis, ad iudicandum de rebus Ecclesiæ, est ipsi interdum necessaria: ut cap. præed. §. 20. evicimus. Ergo. 2. Apostoli conuocerunt legitime, quoties visit aliqua necessitas: ut docet synodus Apostolica Hierosolymitana Acto. 1. & 15. & 21. & Ephesina, A.D. 20. 17. Sic Antiochena synodus conuenit tempore Aureliani Cæsaris, conuocantibus eius ecclesiæ presbyteris vicinos Episcopos: in qua Paulus Samosatenus, Episcopus Antiochenus, qui contentebat Christum esse nudum hominem, haereses fuit conuictus, & loco motus, Euseb. lib. 7. hist. Eccles. Ita quoque complures alia synodi maxime prouinciales, etiam sub Christianis principibus conuenierunt, auctoritate episcoporum. Nullibi legimus, hanc potestatem ministerij Ecclesiastici, alteri esse concessam, imo ne magistratu quidem politico. E. nullus hunc honorem debet sibi artogare. 4. Magistratus ciuili, quatalis, immo nec qua Christianus, potest aut debet sibi astumereid, quod propriæ & solum pertinet ad officium Ecclesiasticum. Arqui ius conuocandi concilia primo aptud ecclesiæ Pastores residet, A.D. 15. 2. quatenus nempe est actio pura putâ Ecclesiastica. Ergo. 5. Si magistratus Christianus desit, aut etiam ecclesiæ & religionis hostis & persecutor sit, aut denique magistratus Christianus officium suum facere nolit; sive sane, nempe in manifesto ecclesiæ periculo, pastoribus & senioribus ecclesiæ omnino concessum est, ut de loco & tempore legitimis concilij inter se deliberent, & communis consensu ad illud accedant: prout A.D. 15. ab Apostolis & presbyteris factum esse iam aliquoties diximus. Quod si ergo conuocationis ius & auctoritas primo & proximo apud ecclesiæ antistites residet in tali casu, vtique alias, & vniuersaliter, illud ius & auctoritatem, quoque habebunt. Neque enim alia eius ratio potest adferri, quam quod sit pars essentialis ministerij Ecclesiastici. 6. Concilia Prouincialia Archiepiscopi & Metropolitæ iussi sunt bis in anno conuocare & celebrare, legibus Imperatoris iuxta & Canonicis: nempe paulo ante Quadragesimam, & in fine autumni, ut docent Canones synodi Nicænae. Itaque haec potestas ipsis iure competit. Neque enim recte illis hoc mandaretur, si non esset pars officii ipsorum. 7. Nostris cocedunt, Pastores posse conuocare synodum Prouinciale, im-

mo & nationalem, inscio magistratu politico. E. potestas indicendi Concilia non est simpliciter deroganda ecclesia & Episcopis. Hactenus itaque concedimus, Papam Romanum habere ius & autoritatem cogendi aut indicendi concilia in sua nempe provincia. Id enim commune habet cum alijs episcopis. Non itaque solus hoc potest: neque extra suam provinciam potest.

III. Contra primam hanc thesin nostram sic obiiciunt nonnulli. 1. Causa, cur Christi & Apostolorum tempore, haec potestas soli Ecclesie erat concessa, non vero magistrati, fuit, quia tum non erat magistratus Christiani. At si cum fuissent, ut iam sunt, utique illis fuisset concessa. 2. Magistratus sunt nutritij ecclesiae. E. illi soli debent conuocare synodum. Hoc enim vel imprimis pertinet ad officium nutritij ecclesiae. 3. Sub Ver. & Nou. Testam. reges conuocarunt concilia. Itaque aut recte fecerunt, aut non. Si illud: Pastores non debent inuolare in officium magistratus. Sihoc, cur non reprehensi sunt in Ver. T est. à sacerdotibus vel Propheticis.

Respondeo ad primum. Congregare concilia proprie & per se opus est humani ordinis: congregare autem Concilia ecclesiastica, in nomine Christi, opus est humani ordinis in te ecclesiastica. Itaque si magistratus deest, ecclesia iuste congregat etra cognitionem ant operam magistratus: sin autem consentiens atque coniunctus est, iniuste & periculose ab ecclesia tentatur & instituitur generalis congregatio sine cognitione & auctoritate eius, qui humano ordinis pfectus est. Hinc conuocatio concilii alia est pura, alia mixta. *Pura* est iterum vel pure ecclesiastica, vt quando sola ecclesia conuocat: vel pure politica, vt quando solus magistratus conuocat. *Mixta* est, quando ecclesia consentientis magistratu, seu magistratus per ecclesiam conuocat concilia. Hinc itaque patet, Christum ecclesiae suae demandasse curam conuocandi concilium, actu pure ecclesiastico, quando magistratus vel deest, vel suo officio deest. Peccat itaque hoc argumentum primum fallacia non causae. *ad secundum.* Est ignoratio elenchi. Neque enim conuocatio Concilij regia & principalis, quae soli magistrati competit, transscrbitur ecclesiæ. *ad tertium.* Est eadem fallacia: vt planum euadet ex sequentibus.

IV. Altera nostra thesis confirmanda restat: vbi setmo nobis est de Conciliis generalibus, quae à solis magistratis Christianis, non autem ab ecclesia, vello Episcopo, siue sit Romanus, siue alius, conuocanda esse, prius quam probemus, illud præmittendum est, quemlibet pium magistratum eodem iure conuocare posse concilia provincialia & nationalia, quo iure Imperator & Christiani principes coniunctim indicere possunt concilia generalia. Vtrobique enim est paratio videlicet potestas principalis, regia, & externa, quae in huiusmodi conuocatione spectatur. Verum quia conuocatio Concilij Provincialis & nationalis est indifferens, ita vt fieri possit vel à solo magistratu, vel à sola Ecclesia, vel ab utroque coniunctim: at conuocatio Concilij oecumenici siue generalis est actio pure principalis & regia: disputatio solum instituitur inter nos & Papistas de conciliis oecumenicis, à quoniam illa sint congreganda? Vbi categorice respondemus proprium & proximum concilij oecumenici indicendia authorem esse Imperatorem, seu principem oecumenicum, non vero aliquem episcopum.

Etsi enim Imperator fere non congregat Concilium sine consensu Episcoporum: tamen de illo consensu hic non queritur. Consensus sane totius ordinis ecclesiastici, siue Sacerdotij, vt loquuntur, accedit necesse est. Sed hic querimus auctoritatem causantem, vt loquuntur: Coniunctam agnoscimus auctoritatem, sed suo ordine: Episcoporum, siue Sacerdotum omnium, ac non solum Pontificis Romani, postulantium, vel consulentium; Imperatoris, vt decernentis, iubentis: ita vt hodie possit, Imperator iussisse, Episcopus suavisce satis haber. Quae obseruatio utilis est, & quidem oppido utilis, ad multa effugia Bellarmini retundenda. Sed confirmemus argumentis, quod diximus. Etsi enim Chamierus hoc idem argumentum tractauit *terto secundo libro decimo tertio capitulo*, tamen hoc ibi factum est non nisi incidenter, vt loquuntur.

V. Primum argumentum est eiusmodi. Concilium oecumenicum non nisi ab oecumenico principe (siue is sit unus, siue alij cum ipso sint vi- num) indicari potest: quia vt Logici loquuntur, proprium effectum arguit causam propriam. Sed excipiunt Papistæ Pontificem Romanum esse Episcopum oecumenicum, & proinde ipsi competere ius indicendi synodum oecumenicam.

Respondeo. Solus Imperator Romanus iure est Princeps oecumenicus: vt patet ex *Luc. 2. vbi ergo uis intelligitur de orbe Romani imperii.* At nullus in his terris est pastor siue Episcopus oecumenicus: quia soli Christo hic titulus competit. Vnde *Concilium Carthaginense cap. 2. 6.* recte decrevit neminem debere vocari principem sacerdotum seu summum sacerdotem. Deinde quidam excipiunt, Imperatorem hodie non esse Principem oecumenicum, seu vniuersalem omnium dominum; & ideo non posse cogere concilium, ex nostra hypothesi. *Respondeo.* 1. De iure est semper, licet non sit de facto. 2. Adiungere debet aliorum regum & principum Christianorum calculum.

VI. Secundum argumentum nostrum ita habet. Indictio, siue conuocatio synodi generalis, per se est mere politica, & auctoritatem principalem requirit, quae politica simul sit & coactua. Nam de loco, tempore, & modo, seu forma externa, publicorum conuentuum, deque sumptibus huc pertinentibus, & rebus similibus tractare, est res mere politica. Et potestas mandandi in rebus externis, itemque mandata exequendi, tantum ad politicum magistratum pertinet, non autem ad Ecclesie prefules. Atque haec ipsa quoque in synodo nationali & Provinciali habere possunt locum. In quo casu conuocatio etiam est penes magistratum. Sed quia synodi nationales, & provinciales (& quidem haec facilius quam illæ) possunt indici absque illis rebus, quae requirunt auctoritatem principalem, nemo non intelligit, Ecclesiam posse illas conuocare absque opera magistratus politici, vel cœlestis facere officium, vel persequenter Christianam religionem. Id sanctis facere officium, vel persequenter Christianam religionem.

ter indicat Calujus *libro quarto Institutionum, capite septimo. §. octavo.* his verbis: Quantum ad synodos conuocandas, hoc erat Metropolitæ cuiusque officium, vt Provincialem synodum statim temporibus cogeret. Illic nihil iuris habuit Episcopus Romanus. Vniuersale autem Concilium indicere solus Imperator poterat. Si quis enim Episcoporum hoc tentasset, non modo vocationi non paruisserit, qui extra provinciam erant, sed tumultus statim exortus fuisset. Ergo Imperator omnibus ex æquo vt adesserent denunciabat. Plura in hanc sententiam vide *cap. sequent. §. quarto.*

VII. Tertio officium piorum principum ac gubernatorum est, non modo res terrenas, pacemque politicam curare, sed etiam Ecclesie nutritores agere, *Esa. 49. §. 60.* & *Domino Iesu, in amplificando eius regno, humiliiter ac fideliter insequire, Psalm. 2. §. 24.* Id vero maxime, conuocandis & moderandis synodis, in primis generalibus, si vsus ita postuleret, efficere possunt. Si vero non faciant, nutritij ecclesiæ iure appellari non possunt. Is enim demum est nutritius, qui curam alicuius habet, vt viuat. Quemadmodum itaque in rebus humanis nutritij præbent *τα βιωληγίας* in diuinis nutritij suppeditare debent *τα πνευματικά*, idque politice, vel ecclesiastice: è quibus illud incumbit Principibus; hoc ministris verbi, qui ipsi quoque sunt nutritores ecclesiæ, quanquam alia vt patet ratione.

VIII. Quarto sic ratiocinamur. Illorum est concilia generalia congregare, quorum auctoritati omnes Christiani patere debent, & ad quos spectat, quæ ad Ecclesie pacem & tranquillitatem faciunt, procurare. At hoc principum & regum est officium. Ergo. Proposito maior patet. Nam sine publica auctoritate concilium oecumenicum congregari non potest. Auctoritatem vero illi habent, quibus omnes homines dicto audientes sunt, & quibus incumbit prouidere, vt omnes in pietate & honestate viuant. Proposito minor ex Scripturæ auctoritate probatur, *Romanorum decimo tertio vers. primo τὰ ἀπόστολον Καί τι τετρακοσίας ὑπαρχούσια* Quo in loco ne quis Apostolum ad laicos tantum sermonem suum accommodare existimet, *Chrysostomus* diserte ait, hoc præcipi *τὰ ἀπόστολον τὰ μεταχρονίου σὺν τῷ τοῦ Βιβλίου καὶ τῷ Καί τι τετρακοσίας* (addit) *τὰς διατριβὰς τὰς εὐαγγελικὰς τὰς προφητικὰς, ειαντίς Απόστολος σις, ειαντίς Ευαγγελίστα, ειαντίς Προφέτα, σινο γνήσιος tandem fuerit.* Ne Petrus quidem ipse eximitur. Ergo nec Papa. Et eodem loco obseruat Chrysostomus, Apostolum non dicere, *ταῦτα παρεῖται*, sed *ταῦτα παρεῖται* subiectatur. Et sic quoque Oecumenius in hunc locum. Idem etiam Chrysostomus *homil. 2. ad populum Antiochenum* vocat Imperatorem summitem & caput omnium super terram hominum. Sic *Petrus 1. epist. 2. 13.* iubet nos *ταῦτα παρεῖται*; *Ep. ver. 17. ταῦτα παρεῖται.* Ergo de iure diuino omnes Episcopi parere debent Imperatoris auctoritati, & cum ab illo vocantur, necesse est vt se fiant. At iure diuino vnuus Episcopus non habet auctoritatem in alium, vt nec vnuus Apostolus in alium habuit. Ex his relinquitur, non nisi regum esse, auctoritate sua edicere & præcipere, vt episcopi vnde conueniant.

X. Quintum nostrum argumentum est huiusmodi. Pij reges & principes in Veteri Testam. semper hoc iure vi sunt, & quidem ex ipsius Dei mandato. Nam & Moses, summus princeps politicus (non autem Pontifex Aharon) solennes populi conuentus, ex Dei iusu, semper indixit, duabus etiam tubis argenteis in eam rem confectis, *Numerorum decimo.* Et Iosua similiter sc̄e gesit, *Ios. vigesimo tertio & vigesimo quarto.* Porro David concilium congregauit de arca reducenda, *1. Chron. 13. ver. 1. 2.* & aliud concilium, cum iam senex esset, *1. Chron. 23. ver. 1.* Eodem modo Salomon indixit concilium, *1. Regum 8. ver. 1.* item Ezechias, *2. Chronic. 29. ver. quarto, & Iosias, 2. Regum 23. ver. primo & secundo.* Ergo similiter nunc licet Principibus in Ecclesia Christi concilia congregare. Consequentia firma est. Nam si in ea Ecclesia hoc factum est, quæ vnuis regionis fuit, quæque etiam vna cum regibus summum Pontificem habuit; quid ni in nostra Ecclesia idem fiat? Pij illi reges ecclesiæ curam habuerunt, & religionis fuerunt admodum studiosi. Quando igitur ecclesiam reformat, & religionem purgare voluerunt, concilium congregarunt, non modo laicorum, sed sacerdotum etiam & Leuitarum. At nullus inquam sacerdos, qui tantum sacerdos fuit, sua auctoritate hoc fecit. Ergo regis, non sacerdotis, fuit, concilia conuocare. Et quod illi reges tunc fecerunt, idem principes Christiani nunc facere possunt, & vero debent, quoties id exigere necessitas.

X. Sextum argumentum sic instituo. Generalia Concilia nulla habita sunt primis trecentis annis, antequam Imperatores Christiani facti sunt. Quare vero hoc? Quia Christiani, hinc inde dispersi in provinciis Romani Imperij, noluerunt sibi sumere auctoritatem, quam soli Imperatores, vt pote principi oecumenico seu generali, competere intellexerunt. Itaque decreti ipsi auctoritas, non vero sola opportunitas. Sed hoc argumentum accipiet lucem à sequenti; quod primo proponemus, deinde ab exceptionibus Bellarmini vindicabimus.

XI. Septimo itaque dicimus, non Romanos Pontifices, sed Cœsares & Imperatores Christianos indixisse prima quatuor generalia Concilia, nec non alia quædam. Ergo horum auctoritas haec fuit, non illorum. Nam ij certe indixerunt, quorum fuit indicere. Antecedens probatur partim confessione aduersariorum, partim classicorum historicorum testimoniorum. Et vt à Confessione Papistarum incipiamus, *Nicolaus Cusanus Cardinalis libro secundo de concordia Catholica cap. vigesimo quinto* ait: *Authoritas Concilij non ita dependet à congregante, vt nisi a Papa congregetur, non sit Concilium;* quia tunc omnia octo vniuersalia Concilia non fuisse firma, quoniam per Imperatores conuocata leguntur, & Romanus Pontifex ad instar aliorum patriarcharum, diuales lacras iussiones, deveniendo aut mittendo ad concilium recepit. *Et ibidem.* Ex illo tempore, quo Imperatores cœperunt Christiani esse, ecclesiæ negotia ex illorum nutu pendere visa sunt, atque adeo maxima concilia de eorum sententia conuocabantur. *Nilus Archiepiscopus Thessalonicensis libro contra primatum Pontificis Romani, olim antiqua concilia ab Imperatore, non à Romanorum Pontifice congregata fuisse probat.*

LIBER TERTIVS CAP. II.

123

Eneas Sylvius, qui postea Papa creatus est, & nomen Pij II. assumit, libro primo de Concilio Basileonensis ait: Ego dum veteres lego historias, hunc motem non inuenio, ut soli Papæ concilia congregauerint. Nec post tempore Constantini Magni & aliorum Augustorum quæsitus est magnopere Romanis assensus Papæ. *Dominicus Iacobinus* libro tertio articulo primo. A principio facultas congregandi concilia spectabat ad Imperatores. *Pighius* libro sexto, de hierarchia ecclesiastica cap. i. scribit generalium conciliorum conuocationem fuisse intentum Constantini M. Sed accedamus ad historias.

XII. *Nicanum primum Concilium* à Constantino Magno fuit conuocatum. Sic enim de Constantino Magno scribit *Ensebius* libro tertio de vita Constantini Magni cap. sexto. Σύνοδος οἰκουμενικὴ συνεκρότη, συνέδει παντὶ τῷ επιστολῇ τοῦ Ιωάννου τοῦ Λυγίου ἀναγλωπότερον, οἵ εἰσι γένους τοῦ Θεοῦ Φίλαγχα, id est, Synodus generalem congregauit in unum locum, accersens Episcopos vndique per literas honorifice scriptas ut maturarent eo, & tanquam Dei quandam exercitum sibi in expeditionem educens. Et *Ruffinus* libro decimo cap. primo, ait: Tum Constantinus apud urbem Nicænam Episcopale concilium conuocat. Hinc apud Theodoretum libro primo cap. nono. Patres huius concilii inquiunt: Quoniam gratia Dei, & mandato Imperatoris Constantini magnum & sanctum concilium Nicænam coactum est. Et ipse Imperator Constantinus apud Euzebius libro primo cap. sexto, ait: Magnam Episcoporum turbam ad urbem Nicænam accersiui. *Nicetas in thesauro libro quinto cap. 5.* ait: Publico programmate Imperator edixit, ut omnes Episcopi Nicænam Bithyniæ metropolim conuocarent. Vide quoque *Sozomenum lib. 1.c. 17.* & *Nicephorū Calistum l. 8.c. 14.*

XIII. Secundum concilium oecumenicum, puta *Constantinopolitanum primum*, conuocauit Theodosius Magnus: ut author est *Sozomenus* libro septimo capite septimo, nec permittendo tantum, sed etiam imperando. Sic enim *Socrates* libro quinto hist. cap. decimo. Cogit Imperator Theodosius aliud Concilium, imperante ut singula secta, fidei, quam tenebant, declarationem literis proderent. Videlis etiam hac de re Theodoretum hist. Ecclesiast. libro quinto capite sexto, septimo, nono, & *Nicephorū Calistum* in hist. eccl. libro duodecimo cap. decimo. Idem testantur Patres illius concilij in prefatione Canonum ad Theodosium Imperatorem.

XIV. Tertium concilium oecumenicum, *Ephesinum primum*, indexit Theodosius iunior: vnam cum Valentianō, ut testis est *Euagrius* libro primo cap. tertio, & *Nicephorus Callistus* libro decimo quarto cap. 32. vicitur in primo tomo Conciliorum pag. 600. Idem testantur Patres concilij Ephesini in exordio Canonum, eodem tomo Conciliorum p. 607. Haec tenus itaque tria concilia oecumenica ab Imperatoribus Christianis indicta fuerunt, ut allegari scriptores testantur, quorum nullus Rom. Pontifici conuocatio nem illorum adscribit.

XV. Quartum Concilium oecumenicum non indixit, non conuocauit Romanus Episcopus Leo I. sive Magnus, sed valde submissis precibus ab Imperatore Theodosio Iuniore petiuit, ut celebraretur, & quidem in Italia. Verba eius extant in primo tomo Conciliorum inter epistolas Leonis, epistol. nona. Si pietas vestra suggestioni & supplicationi negotiis dignetur annuere, ut intra Italiam haberi iubearis Episcopale Concilium, cito (auxiliante Deo) poterunt omnia scandala, qua in perturbationem totius Ecclesiae sunt commota, refescari. Leo his verbis duo petiuit, & quidem supplex: vnum, ut concilium conuocaretur; alterum, ut intra Italiam celebraretur. Prius impetravit, posterius impetrare non potuit. Nam Imperator concilium indixit Ephesi, quæ erat non tantum extra Italiani, sed etiam ultra Europam in Asia, quo & Leo suos legatos destinauit, ut ipsemet scribit *epistola duodecima ad eundem Imperatorem*: Quoniam pietas vestra, quæ in honorem Dei religiosissime Catholicam diligit veritatem, apud Ephesum constituit synodale Concilium, ut imperio seni ea, in qua nimis caligat, veritas innotescat, fratres meos Julianum Episcopum, & Renatum Presbiterum, & filium meum Hilarium diaconum misi, qui ad vicem praesentia mea pro negotiis qualitate sufficerent. Et in *epistola decima tercia*, quæ est ad Pulcherianam Augustam, tempus etiam concilii differi petit. Sic enim scribit: Augustissimus vero & Christianissimus Imperator, cupiens quam celerrime turbata componi, Episcopali concilio, quod Ephesi vult haberi, nimium breve & angustum tempus constituit. Itaque tum temporis Romano Episcopo nec concilium indecite licuit, nec tempus ei, suo arbitratu, nec locum constituere. Quin Imperator Leoni mandauerat, ut ipsemet ad synodum profisceretur, ut constat ex *eadem epistola* & ex *decima sexta*. Cum vero omnia tumultuose acta essent Ephesi, & Flavianus Episcopus Constantinopolitanus Dioscori Alexandrinī factione depositus, eiusque insidiis postea intercessus, & alii Episcopi armorum terroribus, minis, ac metu adacti ad Eutychiani deliri approbationem, vnde synodus illa Ephesina dicta fuit λῃστική, πραδατορία, seu latrocinii infamia; rursus fugit ad preces Leo Magnus, & quidem eo humiliores, quo intentiores. Nam *epistola vigesima tercia*, sic scribit ad Theodosium, aliam synodum intra Italiam indici perens: Omnes partium nostrarum Ecclesiarum, omnes mansuetudini vestra cum gemitis & lachrimis supplicant sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum apellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem synodum iubeat in Italia celebrari. Ita ergo Leo supplex petebat Concilium; immo suis precibus diffusus, clerum & plebem Constantinopolitanæ urbis suas quoque coniungere voluit. Sic enim *epistola vigesima secunda*, scribit: Et quoniam oportet vos post diuinum auxilium, etiam Catholicorum principum gratiam promerer, humiliter ac sapienter exposcite, ut petitio[n]i nostræ, qua plenariam indici synodum postulamus, clementissimus Imperator dignetur annuere. Ambiuit etiam Pulcherianæ Augustæ intercessionem apud Imperatorem *epistola vigesima quarta*, in qua scribit, se ab Imperatore petiisse, ut intra Italiam concilio & locus constitueretur & tempus. Et paulo post subiicit: Quod ut obtinere mereamur, probatissimæ nobis fidei pietas tua, quæ labores Ecclesiarum semper adiuuat, supplicationem nostram apud clementissimum Principem sibi specialiter a beatissimo Petro Apostolo legatione commissa dignetur afferere. E-

pistola trigesima prima, iterum supplex fit Theodosio: Concilium vniuersale intra Italiam, sicut synodus quæ hanc ob causam Romæ conuenerat, mecum petat, clementia vestra concedat. Et epistola trigesima tertia hunc in modum scribit ad Pulcheriam Augustam: Vniuersale concilium sacerdotum haberi intra Italiam, clementia vestra annuente iubatur. Verum quod vivit Theodosius Iunior, nullum aliud concilium Leo impetrare potuit. Theodosio succedit Martianus Imperator, qui Leonis precibus sic annuit, ut tamen negaretur, concilium intra Italiam, sed Chalcedone indicetur, auctoritate Valentiniani & Martiani Imperatorum, sicut sub principiis prima actionis legitur: In Chalcedonensi ciuitate, metropoli Provincia Bithynia, facta est synodus ex decreto p̄fissimorum & fidelissimorum Imperatorum Valentiniani & Martiani. Non ergo in Italia, quod summe expetebat Pontifex, sed Chalcedone Concilium celebratum est. Tantum vero abest, ut Chalcedonensis synodi indicanda potestarem habuerit Pontifex Romanus, ut ne quidem diem inductionis protrahere, aut protractionem impetrare potuerit: ut patet ex epistola quadragesima prima Leonis Magni, in qua ad Martianum Imper. sic scribit: Popularem quidem a gloriissima clementia vestra, ut synodus, quam pro reparanda Ecclesiæ orientalis pace, a nobis etiam peritam necessariam indicasti, aliquantis per differri ad tempus opportunitus iuberteris, ut liberoribus ab omni perturbatione animis, hi quoque Episcopi, quos hostilitatis metus detinet, conuenirent. Sed quia pio studio humanis negotiis diuina præponitis, & rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profutrum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in Evangelij prædicatione discordia: ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans ut omnium cordibus Catholica fides, quæ non potest nisi una esse, firmetur.

XVI. Atque hæc sunt quatuor illa prima concilia oecumenica, quæ omnia ab Imperatore fuisse indicta, luce metidiana clarius est. Iam de alijs quibusdam conciliis videamus, quæ ipsa quoque ab Imperatoribus sunt congregata. Synodus illa, quæ Sardica habita est Imperatoris auctoritate fuit conuocata. Sic enim Theodoretus libro secundo cap. quarto. Athanasius Constantem Imperatorem adit, de Ariana factione conqueritur, lacrymis & gemitu Constantem ad æmulationem Constantini excitat. Constans lacrymis commotus, literas ad fratrem suum Constantinum mittit quibus persuasit. Constantinus mandatum dedit, ut Episcopum orientis, tum occidentis Sardicam, urbem Illyricam, aduentarent. Deinde (vt idem Theodoretus ait d. l. cap. 9.) literæ synodica ab Episcopis, qui illic conuenerant, ad viueros orbis p̄ficos conscriptæ, ab Episcopis Romæ, Galliæ, Hispaniæ, in hunc modum: Diuinissimi illi Imperatores, adiuvante Dei gratia, nos ex variis provincijs congregarunt, & hoc sanctum concilium Sardicæ cogi statuerunt. Ita quoque *Socrates* libro secundo cap. decimo-sexto & *Sozom.* libro tertio cap. decimo, testantur, e quibus hæc ait: Vtiusque Imperatoris sententia decretum erat, ut vtriusque partis Episcopi ad itatum diem conuenirent. Potro duas synodos a Constantio simul indictas fuisse, *Seleucia* nemppe & *Arimini*; cumque sua auctoritate, ne consulto quidem Episcopo Romano, hac concilia congregasse, author est *Socrates* libro secundo, cap. trigesimo septimo. Qui libro quinto in proposito ait: Σωζόμενος δὲ τοὺς βασιλεῖς ἡ ιερὰ περιτελλαμβάνειν, διην ἀφ' οὗ ζεστανθεὶς ἐξεργάτης, τὸν τοιούτοις τελετὴν ηὔπειρον, hoc est, continenter, seu frequenter, vero & reges historia complectimur, propterea quod ex quo Christiani esse coperunt, res Ecclesiæ ab illis pepererunt, & maxima synodi ipsorum sententia habita sunt, & habentur. Unicum hoc loco addimus, de *Concilio Constantinopolitanu[m] II.* quod à multis habetur pro oecumenico, illud indixisse Iustinianum, non Papam. Sic itaque euicimus, concilia primi ab Imperatoribus fuisse congregata. Videamus, quid Bellarm. ad hæc excipiat.

XVII. Adfert exceptiones duum generum: primo duas generales, deinde speciales, & denique rursus unam generalcm. De primis primo loco. Adhac respondeo, inquit cap. 13. primo ista argumenta posse a nobis merito contemni: nam aduersarii nostri nolunt argumenta peti efficacia ex traditionibus aut consuetudine Ecclesiæ, sed solum ex diuinis literis: ita autem argumenta omnia petita sunt ex mera traditione, & praxi Ecclesiastica, sine vlo Scripturæ testimonio. Secundo dico, posse nos opponere consuetudinem consuetudini: si enim quatuor aut quinque Concilia Imperatores indixerant, plura quam duodecim indixerunt Pontifices, ut aduersarii etiam facerent. Tertio dico, nullum esse concilium generale Catholicum à solo Imperatore indictum, id est, sine consensu, & auctoritate Romanorum Pontificis.

Respondeo ad primum. Caueillatio ista est. Nos enim traditiones reiiciimus, quæ cum verbo Dei pugnant: Non vero traditiones Ecclesiasticas & historicas, quæ nihil continent verbo Dei contrarium. Crassia igitur est hæc caueillatio. Nam præce illius Ecclesiæ exempla colimus, eaque merito ijs obijcimus, quæ falso de laudibus illius gloriantur ad 2. At nos præcam illam consuetudinem nouiriz, incorruptiorem corrupta anteponimus. Pondere, non numerores sacræ censeri solent. ad 3. Recte haber. Coniunctam agnoscamus auctoritatem, sed suo ordine: Episcoporum, sive sacerdotum omnium, ac non solum Pontificis Romani, postulantum consulentiumque; & Imperatoris decernentis. Itaque fallum est, a Pontifice conuocata fuisse illa concilia; quod consensus eius fuerit requisitus. Nam neque ipsius consensus solus fuit requisitus, neque consensus est causa sufficiens, ut ideo alicuius auctoritate aliquid fieri dicatur.

XVIII. Sigillatim nunc ostendit de quinque conciliis, illa sine consensu & auctoritate Romani Pontificis non fuisse conuocata. Ac primum de Nicæno primo legimus, in sexta synodo act. 18. Constantinum, & Sylvestrum magnam synodum apud Nicænam congregasse. Damasus quoque in Pontificali scribit, cum Sylvestri consensu habitu esse in Nicæna concilium. Et Ruffinus libro decimo hist. cap. primo dicit, Constantinum ex sententia sacerdotum indixisse concilium. Resp. 1. Hoc omne nihil facit ad rem. Nos enim vtrumque coniungimus: Constantini imperium, & sacerdotum postulatum, fusionem, consensem, executionem. 2. Sexta synodus & Damasus nominant Sylvestrum: Ruffinus sacerdotes, nemppe Alexandrum episcopum Alexandrinum, & alios episcopos Egypti, quos illi suos fuisse ait. Nimirum Sylvester nominatur pro sacerdotibus Ecclesiarum occidenta-

num, in quibus facile tum primas ex consuetudine antiqua obtinebat, ut cōmōne & synodi Nicænae dicitur. 3. Ex testimonio veterum, supra §. 12. recitatis, luce meridiana clarius est, solum Constantinus indixisse hoc concilium. Nulla enim ibi sit mentio Pontificis Romani, nec in indicendo hoc concilium, nec in consentiendo. Et, si Romanus Pontifex hoc concilium indixisset; ille procul dubio non Nicæna, tam procul à Roma, præsertim cum senex esset, sed Romæ celebrasset, aut in aliqua parte Italiae. Sequitur apud Bellarminum.

XIX. De Constantinopolitano I. Theodoretus refert, Theodosium non tam illud indixisse, quam literas Pontificis Damasi, quibus Concilium indicebatur, ad Episcopos mississe. Sic enim scribunt Episcopi congregati in illo concilio ad Damasum Pontificem apud Theodoretum, libro quinto hist. c. 9. *Mandato literarum superiore anno à vestra reverentia ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter duntaxat Constantinopolim vque faciendum nos preparamus.* Licet ergo Theodosius indixerat hoc concilium, tamen indixit ex mandato literarum Apostolicarum.

Respondeo primo. Theodoretus non docet Theodosium mississe literas Damasi ad Episcopos: sed, postulato & rogato sacerdotum, quorum sententiam communem Damasus ad Theodosium prescriperat suadens, concilium à Theodosio indictum fuisse. 2. Vox illa, *mandato, non est apud Theodoretum.* Verba sic habent Grace: *εν τῷ τετράγρῳ πάντας τὰς ταῦτα τοῖς ιεραρχίας πιστούσιν.* id est, ex literis anno superiore à vestra reverentia &c. Quæ verba Christoforus male vertit, *Ex mandato literarum.* Quam interpretationem fecutus est Bellarminus. 3. Idem Patres in epistola ad Theodosium, quæ habetur in *Actis Constantini*, aiunt, se fuisse ab illo conformatos. *Euocati literis tuis (inquit) Constantinopolim conuenerimus.* Et paulo post: *Literis, quibus nos conuocasti, Ecclesiam honorasti.* 4. Socrates, & Sozomenus nullam faciunt mentionem Pontificis Romani. 5. Si Pontifex Romanus sua auctoritate hoc Concilium indixisset, Romæ procul dubio, non Constantinopoli celebrasset. Pergit Bellarminus, & nos cum eo.

X. De Ephesino I. Prosper in Chronico indicat synodum Ephesinam factam esse Cyrilli industria, & Celestini auctoritate. Constat etiam ex Euagrio, & alijs auctoribus, Cyrillum profectum esse ad Concilium tanquam legatum Apostolicae sedis: quod est argumentum certum, eam synodum non sine consensu Pontificis coactam fuisse. Respondeo primo. Prospeti verba ita sonant: *Huic impietati (Nestorij) præcipua Cyrilli Alexandrini Episcopi industria, & Papa Celestini repugnat auctoritas.* Hic de indicione Concilij nullum verbum, sed de actione solum. 2. Quis negat, sine consensu Pontificis coactam esse? Nam ne sine consensu quidem Episcopi Numerini, aut Alisanii coacta est. Consensus fuit totius sacerdotii. 3. Neque hoc sequitur: Cyrus locum Celestini in Concilio suscepit. E. Concilium indicium fuit a Celestino. Hoc nihil ad indicionem concilij pertinet, sed ad illius actionem. 4. Cyrus & locum Celestini sustinuit, & suum, ut Euagrius & Photius narrant. 5. Euagrius libro primo cap. tertio, diserte ait, *τόπος οὐ νέος θεοφόρου τὸν εἰδικότερον συνοδον αἰδονεῖ, νοτο, σινε imperio iunioris Theodosii Concilium Ephesinum primum congregatum fuisse:* & scripsisse Theodosium literas ad Cyrrillum, & τούτην εἰς τὴν ἡράκλειαν επειγοντας, *ad omnes ubique sanctorum Ecclesiarum præpositos:* ergo etiam ad Romanum Episcopum. 6. Cyrus summas in eo Concilio iam congregato partes habuit, non in congregando. Et partes illas habuit non Celestinitatum, sed etiam suo nomine. Pergamus cum Bellarmino.

XI. De Chalcedonensi patet ex epistola Martiani Imp. ad Leonem Papam, in qua Imperator indicatus Concilium, rogar Pontificem, ut ipse veniat, & concilium faciat, vel si nolit venire, per literas significet, quid agi velit: & in fine concludit, se scripturum ad omnes Episcopos, ut ad locum conueniant. Extat etiam epistola Episcoporum secundæ Mœsiæ ad Leonem Imperatorem, ut hæc leguntur verba: *In Chalcedonensem ciuitatem multi sancti Episcopi conuenerunt per iussionem Leonis Romani Pontificis, qui vere caput est Episcoporum.* Denique Gelasius in epist. ad Episcopos Dardanias, dicit, solam Apostolicam sedem, ut synodus Chalcedonensis fieret, sua auctoritate decreuisse.

Respondeo primo. Mutilata est narratio. Nam scripserant prius de concilio suo ad Leonem Papam Valentianus & Martianus Augusti communes literas. Priuatum vero ad Leonem Martianus scribatur, quia imperium tenebat orientis. Itaque imperator orientis ita scribit Episcopo Romano, patriarcha occidentalis ecclesiæ. 2. Non postulat Martianus a Leone, ut concilium indicat, sed ut indicito ab Augustis adsit. 3. Si Martianus scripsit ad omnes Episcopos, ut ad certum locum conuenient: ergo hoc ipso indixit synodum. 4. Ipse Leo Papa facetur multis in locis, se non potuisse concilium conuocare, sed hoc esse totum Imperatoris. 5. Ipsa synodus Chalcedonensis A.D. 1. testatur, non modo se ab Imperatore indicatum fuisse, sed ipsum quoque Romanum Episcopum eo vocatum esse; qui cum ipse adesse non potuit, quatuor legatos misit. 6. Si Pontifex Romanus hoc concilium indixisset, utique intra Italiam hoc fecisset. Id enim uincie in votis habebat, ut §. 15. diximus. 7. Leo Papa ab Episcopis secundæ Mœsiæ appellatur *caput:* quod est nomen ordinis, nec aliud sonat, quam primæ sedis Episcopum, ex Nicæna synodo, & Conciliorum Chartaginem interpretatione. 8. Bellarminus verba Episcoporum secundæ Mœsiæ citauit mutilata. Sicut etiam habent: *Per iussionem Leonis Romani Pontificis, qui vere caput est Episcoporum, & venerabilis sacerdos & patriarcha Anatoli, concilio celebrato.* Ecce Leo Episcopus Romanus & Anatolius Constantinopolitanus, ille nomine ecclesiæ occidentalem, hic orientalem, mandatum ab Imperatore utroque, Valentianu & Martiano, accepere, transmiserantque ad omnes. Itaque ipsorum iussione fuit concilium celebratum: quia iussi ab Augustis iusserunt Episcopos. Homonymia est in uoce iussionis. Nam etiam præco iubet & nuntius, & mediastinus in nau. 9. Gelati verba sunt bullata, id est, falsa & adulatoria: ut ex præcedentibus patet. Sequitur apud Bellarmino.

XII. De Sardicensi Concilio, quod à Julio Papa indicatum fuerit, potest intelligi ex Socrate libro secundo cap. decimo nono, ubi ait, Orientales Episcopos culpam absentiæ suæ a Sardicensi concilio in Iulium Episcopum Romanum contulisse, eo quod nimis angustum tempus prescriptum esset. Ex quo apparet, non ab Imperatore solo, sed etiam a Julio Pontifice, & ab eo pontificalium, concilium indicatum.

Respondeo primo. Socrates libro secundo cap. vigesimo, dicit: *καὶ οὐτε τοις οὐρανοῖς τούτοις γραμματοῖς βασιλεὺς.* Indicatur iterum generalis synodus auctoritate duorum regum, Constantij scilicet & Constantis. Et Theodosius libro secundo cap. quarto, ait, Constantium iussisse in Sardica celebrari concilium. 2. Socrates d. l. & c. rem ita narrat. Frates duo Imp. Constantius & Constans synodum haberi decreuerunt. Sed quia Constans Imperator occidentis fratrem suum coegit ferme, synodus vero in occidentalib[er]a aliqua habenda fuit, ubi & factio[n]es orientis minus obstrerent, & liberiora suffragia iudiciaque existerent, propterea Iulius mandatum fuit ut decretum Imp. significaret, quod orientalis nullus Episcopus fuisset ausus, aut magno cum fructu efficeret. Id autem Iulius orientalibus serius significauerat: atque haud scio an arte fecerit, ut pauciores ab Oriente accederent. De hac igitur segnitie, an dolo, conqueruntur Episcopi orientales. Atque haec sunt specialia Bellarmini antidota.

XXIII. Generale antidotum Bellarmini sequitur, his verbis. Habeamus ergo prima illa Concilia ab Imperatoribus indicata fuisse, sed ex Pontificum sententia, & consensu. Cur autem tunc non solus Ponti ex indixerit, ut postea factum est, causa non erat, quia sine auctoritate Imperatoris concilium coactum, non esset futurum ratum apud Christianos, ut somniant aduersarij, cum aperte dicat Athanasius in epist. ad solitariam vitam agentes: Quanto unquam iudicium ecclesiæ ab Imperatore auctoritatem habuit: Sed propter multas alias iustissimas causas: quarum prima erat, quia tunc vigebat lex imperialis, quæ prohibebat ne frequentes conuentus fierent sine Imperatoris auctoritate; eo quod metuerent Imperatores, ne seditione aliquia fieret.

Secunda, cum Imperatores eò tempore in magna orbis terræ parte imperarent, non poterat fieri Concilium nisi in aliqua vrbe imperiali: nulla autem ratio sinit, ut in aliquo loco ex toto orbe conuentus fiat sine licentia dominii illius loci: sic ut etiam modo, si concilium fieret non in terris Pontificis, sed in Gallia, Hispania, vel Germania, sine dubio pateretur consensus, cuius est illa ciuitas, vel prouincia.

Tertia, quia eo tempore concilia generalia siebant sumptibus publicis Imperatorum.

Quarta, quia eo tempore subiiciebat se Imperatori in temporalibus, & ideo non poterat in uito Imperatore aliquid agere. Idcirco supplicabat Imperatoris ut iuberet conuocari synodum. At post illa tempora omnes istæ causa mutata sunt. Nam nec lex illa viget, nec Imperatores in toto orbe dominantur, nec publicis sumptibus sunt concilia, nec sunt Gentiles qui impedire possint, & Pontifex iam non est subiectus in temporalibus, cum etiam ipse in suis prouincijs sit princeps supremus temporalis, sicut sunt reges & principes alij: id quod diuina prouidentia factum est, ut Pontifex libertum munus exequi posset.

XXIV. Respondeo 1. Aliud est iudicium ecclesiæ, de quo Athanasius: aliud ordino conuentus ad iudicium & in iudicio necessarius, atque ordinis auctoritas, de qua nos agimus, eamque ab Imperatore suspendimus. 2. Idem nunc seditionis metus est. Ergo si tunc valuit ista lex, & nunc etiam valere debet. Sane non est abrogata: quia ipsius ratio est perpetua. 3. Si Imperator toto illo tempore fuit dominus in magna parte orbis terræ, etiam fuit dominus Italiae, ac proinde Romæ. Non itaque illam Pontifex dono habet a Constantino Magno. Deinde haec fuit una causa, cur Imperatores tum temporis indixerint concilia ecumenica, quia nempe erant principes ecumenici. Sed ad hanc accedunt alia plures: puta, quod sunt principes Christiani, sive nutriti ecclesiæ: quia hoc fecerunt pii principes in Vet. Test. &c. Denique si hodie Concilium generale celebraretur in Hispania, procul dubio Papam daret Regi Hispaniae auctoritatem conuocandi illud concilium. Ergo non satis attendit Bellarminus, quid dicat. 4. Non fuit satis iusta causa, ut ipi illi Imperatores Pontifici detrahent suam auctoritatem, quod sumptus conferrent ad concilium. 5. Si Pontifex Romanus olim subiectus fuit Imperatori in omnibus causis temporalibus, quo iure ex subdito Imperatori se fecit ipso superiori: Deinde dominium temporale, quod sibi Pontifex arrogat, è diametro pugnat cum iure spiritualis vocationis ad officium spirituale. Itaque hoc tantum euincit Bellarminus, utrumque a Pontifice Romano violari; spirituale, quod negligit; & temporale, quod diligit: nam illud deseruit vocatus, hoc non vocatus occupauit. Atque ita etiam corruit illud, quod in Recognitione asserit, Papam olim fuisse subiectum Imperatori, non de iure, sed de facto. At ubi hoc ius fundatum eit, Bellarmino?

XXV. Octauum nostrum argumentum sumitur ab iniutili & perniciose, si solus Pontifex dicatur posse conuocare Concilium generale. Sic autem illud habet apud Aeneam Syluum libro primo de Concilio Basileensi: Ex hisce auctoritatibus mirum in modum se putant armatos, qui Conciliacione fieri posse sine consensu Papæ. Quorum sententia si, ut ipsi volunt, in uiolata persister, ruinam secum ecclesiæ trahet. Quid enim erit remedij, si Papa criminofus Ecclesiam perturbet, si animas perdat, si fidei contraria prædicet, & hereticis dogmatibus imbuit subditos? Huic argumento illud est affine. Pontifex sapientia est altera pars litigantium. E. non potest indirecere synodum.

XXVI. Nono, Quicunque committit sacrilegium, non est ferendus. At Papa, dum sibi arrogat auctoritatem conuocandi synodum ecumenicam, est sacrilegus. E. Probatur a sumptio. Facultas congregandi concilia ecumenica pertinet ad illum, qui est Princeps ecumenicus. Atque hanc potestatem, sive dignitatem, solus habet Imperator. Sed Bellarminus eam detrahit Imperatori (negat enim Imperatores in toto orbe dominari) & negat Pontificem, qui olim subiectus erat Imperatori in temporalibus, hodie ipsius esse subditum. Quod utrumque est sacrilegum. Primo enim est si Imperator non est hodie princeps ecumenicus simpliciter, respectu totius orbis, aut etiam orbis Christiani: tamen non est ecumenicus, quia Italia ipsi deberetur, adeoque Roma, caput imperij ecumenici. Deinde quia non est Imperatoris extra fines imperii sui in hac re, aut vila alia imperanti auctoritas, debet aliorum regum & principum Christianorum caliculum adiungere. Denique si Imperator sub initium fuit superior Pontifice Romano, aut iure diuino fuit superior, aut non. Si non fuit, cur Pontifex se illi subiectus? Si fuit, ergo & nunc erit.

LIBER TERTIVS CAP. II.

12

Definat itaque Pontifex sibi assumere id, quod est solius Imperatoris, cui ipse Iure diuino est subiectus. Definat, inquam, sibi vendicare potestatem conuocandi concilia oecumenica, quae olim ad solum Imperatorem, nunc ad ipsum & Christianos reges & Principes coniunctim spectat: Viderat seq.
§.3.

XXVII. Decimo, Pontifices Romani superiorum seculorum aut recte perie-
runt ab Imp. Romanis, ut conuocarent synodos, aut non. Si recte; cur illo-
rum exemplum non sequuntur hodierni? Si non recte; caput Ecclesiae erra-
uit in re grauissima, suamque autoritatem sibi eripi fuit, neque prudenter,
neque cordate. Verum pie fecerunt prisci illi Pontifices. De Leone Magno
diximus §. 15. Nunc addimus de Liberio Papa Romano. Ille in dialogo
cum Constantio Imperatore, qui recitatatur apud Theodoretum lib. 2. his t. Ec-
cles. cap. 16. sic ait: *si οὐ δοκεῖ τὴν θεοφανίαν κεριτίους ουσαὶ ναούς κέντειν, Σι τὰ οὐ-
δεῖται της εἰλείπει, ιδικίου (nempe Ecclesiasticum) συγγραφήν ιύβε.* Idem
scribit ad Constantium Augustum hoc modo: Non Athanasii tantum negoti-
um, sed multa alia in medium venerant, propter quae concilium fieri, man-
suetudinem tuam fueram deprecatus. *Et sub finem*: Ad exorandam igitur
mansuetudinem tuam, ut benevolo animo allegationes nostras audire di-
gneris, fratrem & coepiscopum meum sanctum virum Luciferum,
cum Pancratio presbytero meo, & Hilario diacono placuit proficiisci,
quos credimus de clementia tua, ad pacem omnium Ecclesiarum Catholicorum,
non difficiliter posse concilium imperare. Sed Bellarminus exci-
pit ad utrumque hoc exemplum. 1. Leonem ideo petuisse a Theodosio syn-
odus generalem, quod illa quatuor rationes, §. 23. assignatae, tum tempori-
ris locum habuerint: iam non habeant. 2. Liberius petuisse ab Imperatore
potentissimo, & Ariano, ac proinde sibi infesto, ut fieret synodus, quia scie-
bat inuito Imperatore fieri non posse. *Respondo ad 1.* At vero nos ostendimus,
quam nullæ sint istæ rationes, §. 24. vbi vide nullitatem. *ad 2.* Liberius,
Papa Romanus, fuit & ipse Arianus. *Quomodo itaque infestum habuit Imperatorem Ariatum?* Deinde ait Imperatori, *κίνησον, ιύβε.* Habuit ergo
tunc Constantius Imperator auctoritatem conuocandi.

XXVIII. *Vnde* *cum* & postremum, nostrarum argumentum, in veterum authorū testimonij est positum. *Sozomenus lib. 2. c. 28.* author est, Constantium non modo Nicænam synodum primam, sed & aliam etiam Tyreion gregasse; & postea per literas illius synodi Episcopos ad se venire iussisse, vñ quid contra Athanatum statuerint, indicarent, illique facti sui ratione redderent. Et sic eius filius Constantius multas synodos congregauit. *Socrates l. 5. in proœm.* testatur, maximas synodos à Christianis Imp. conuocata fuisse. *Athanasius l. de synodis*, de Conc. Seleuciensi & Ariminensi sic scribit Ab Imperatore prefectisq; litteris sequentes in omnē partem orbis missæ sunt eos, qui illuc itur erant, conuocantes. *Chrysostomus epist. 1. ad Innocentium Papam*: *σινοὶ τεσσαρες προπόντιοι τὸν θεοφιλέστατον βασιλεῖον συνεδριάζειν*. Sanctissimum regem adjiciens, ab eoque petimus, ut concilium congregare velit. *Ambrosius in Concilio Aquileiensis* sic scribit: Conuenimus ad Aquileiensium ciuitatem iuxta Imperatoris præceptum. Et statim Palladius Arianius in eodem concilio subiungit: Imperator noster Gratianus iussit Episcopos orientales venire. Et paulo post Eusebius, Episcopus Catholicus, ait; Episcopos Imperator iussit conuenire. Plura testimonia vide paulo ante §. II. 15. 16. 18. Quibus duo illa ex Hieronymo addimus. Ille *Apolog. 2. aduersus Ruffinum* ait. *Dic, quis Imperator hanc synodum iussit conuocari?* quasi dicat. Tu quidem, Ruffine, dicens, datum atque excommunicatum fuisse Hilarium in synodo quadam. Sed dic, amabo, an fuerit synodus legitima. Si fuit, ab Imperatore oportet fuisse conuocata. *Idem Hieronymus in epitaph. Paulae* sic scribit: *Cum orientis & occidentis Episcopos, ob quasdam Ecclesiasticum dissensiones, Romam Imperiale litera contraxissent.* Si Romæ concilia ab Imperatore congregata fuerunt; tum nulla fuit Romani Pontificis Concilia congregandi authoritas. Ad prius illud Hieronymi testimonium excipit Bellarminus; Hieronymum illud dicere, quia reuera tunc ob dictas causas Imperatores synodos conuocabant, licet non sine consensu Pontificum. Respondeo. 1. At nihil de hoc consensu Hieronymus. 2. Consensus non est authoritas. 3. Alii etiam Episcopi consenserunt, neque tamen summam authoritatem habuerunt. 4. Sunt aliae causæ, cur synodos per Imperatores indici oportuerit; quarum haec est potentissima, suo quoque loco allata: in generalibus conciliis ordinem humanum, si visquam, desiderari ad indictionem, conuentum, actionem, & executionem iustum ipsorum; humanum autem ordinem in manu summi magistratus politici maxime confistere. Sic omnino fuit necessaria Imperatorum authoritas. Atque hoc modo disoluuntur istæ nebulae apud Bellarminum, quando sub finem cap. 13. responderet nostris, ante Cōstantinum M. non esse facta villa generalia concilia, non quia defessa authoritas, sed quia debeat opportunitas: nec enim Christianis licet ex multis prouinciis in unum locum conuenire propter assidua persecutions, vt adnotauit *Isidorus lib. 6. Etymologiarum*. Vtrumque illis defuit, Bellarmine: authoritas, & opportunitas. Alioqui sub Constantino & seqq. Imp. Christianis usurparunt authoritatem; quia tum erat opportunitas. Sed non usurparunt: quia noluerunt *πολλων εγγραφων*: Vide etiam quedam de hac questione infra c. 9. §. 15.

C A P V T III.

Argumenta Papistarum, quod penes solum Pontificem Romanum sit ius conuocandi Concilia.

I. *E*sse reuera Pontificis, non Imperatoris, congregare synodus generali, Bellarminus cap. 12. lib. 1. primo demonstrat ex diuinis literis. Nam concilium ecclesiae non est legitimum, nisi congregetur in nomine Christi, ut dicitur Matth. 18. & Calvinus admittit. Congregari autem in nomine Christi, nihil videtur esse aliud, quam congregatio auctoritate Christi, hoc est, ab eo, quia Christo habeat congregandi auctoritatem, nam quod Calvinus dicit congregari in nomine Christi, esse ita congregari, ut solus Christus praesideat, & nullum collegam habeat, sed omnes subiectos, nec est secundum Scripturas, nec nota sufficiens ad discernenda legitima.

TOM. V.

12
concilia. Non est, inquam, secundum Scripturas: nam in Scripturis, illud
In nomine, ubique sere accipitur pro eo, quod est, ex authoritate, ut Mar-
vtim. *In nomine meo demonia eiecent.* Iohan. 15. *Ego veni in nomine Patrum me-*
Matth. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus? Act. 4. *In qua virtute, an in*
quo nomine hoc fecisti? Nec ullus fortasse locus occurret, ubi aliquid faceret
in nomine Christi significet Christum habere praesidem sine collega: Se-
quidquid de hoc sit, illud est certum, non posse hac nota discerni legitimam
concordiam: nam verum quidem est in legitimo concilio oportere Christum
ita praesidere, ut nullus ei sit collega, sed omnes subiecti; at quis judicabit
quis discernet, an Christus ita praesideat, cum cogitur concilium, an non? ne
enim Christus visibilis forma in concilio praesidet. Respondet Caluinus
facile id posse discerni: tunc enim Christum sine collega praesidere, cum to-
tum confessum verbo, & spiritu suo moderatur, hoc est, cum nihil de suo ca-
pite, sed omnia secundum Scripturam definiunt. At hoc ipsum est ambigu-
um, & obscurum: nam & aduersarij, & Catholici in suis conciliis affirman-
te nihil ex proprio capite comminisci, sed omnia ex diuinis literis deponen-
te. Quis igitur iudicabit, utri verum concilium faciant? quare si congregari
in nomine Christi, est Christum habere praesidem, ut Caluinus expobit, he-
ri non potest, ut legitima concilia a non legitimis ulla ratione disceiraiamus.
Maneat igitur quod diximus, congregari in nomine Christi, nihil aliud esse, quam
eo congregari, quod habeat a Christo congregandi autoritatem. Porro Christus
cum in celum ascendit, ac visibilis suam praesentiam ecclesiam abstulit, non co-
misit ecclesiam gubernandam, ac quinde etiam congregandam, Tiberio, sed Petru-
Apostolo, cui dixit, *Pasce oves meas.* Igitur qui congregantur ab eo, qui Petru-
succedit, in nomine Christi congregantur, non autem iij, qui congregantur
ab eo, qui succedit Tiberio. Adhuc Petrus, & qui pro Petro legitimate suc-
cedit, pastor est omnium Christi oviuum, prouide etiam Regum, Imperato-
rum, sacerdotum. Omnes enim comprehendunt, qui nihil exceptit, cum ait,
Simon Ioannis pasce oves meas. Vnde S. Leo serm. 3. in anniversario sua assum-
tionis. *De toto, inquit, mundo unus Petrus eligitur, qui & omnibus eorum gentium*
vocationi, & omnibus Apostolis, cunctis Ecclesia Paribus, presponatur, ut quam-
uis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen proprie
regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. At quis non videt, ouine con-
uenient congregare pastores, au pastori potius congregare oves? Igitur cum
Pontifex pastor sit, Imperator ovis, non ad Imperatorem, sed ad Pontificem
spectabit munus concilia episcopalia conuocandi.

II. Hoc Bellarmini argumentum pro more nostro ad hoc solu-
mus. 1. Recte facit disputator, quod adhibet verbum modestiæ, Videsur. E-
mox: Nullus fortasse occurret locus. 2. In nomine Christi aut Dei aliquid fatere
non solum est auctoritate eius facere, verum etiam praesidio & virtute ipsi-
us, item in ipsis honorum. Sic Eph. 5.20. gratias agere in nomine Christi
est niti merito & intercessione Christi. Similiter Iohann. 14.14. petere in no-
mine Christi, est id facere, per Christum, & propter Christum. Ita hoc loco,
in nomine Christi congregari, est spiritu Christi, propter Christum, auspi-
ciis Christi conuenire, ut ipsi inserviamus, ut eius nomen celebremus, ut ille
nobis praesideat, nosque gubernet, denique ut omnia ad ipsius gloriam re-
feramus. Hinc patet, in nomine Christi, non vbiq[ue] idem significare, quod
authoritate & potestate Christi. Itaque alij Papistæ melius explicant hunc
locum, quam Bellarminus. Sic enim Ianuenius in lib. I. Congregari in nomine
Christi, est propter Christum, & aliquam causam pertinenterad Christum
congregari. Et Arias Montanus in hunc ipsum locum: Congregari in no-
mine Christi, est eius spiritu & virtute conuenire. Et Orantius in lib. 2. contra
Caluinum Inst. cap. 17. Nihil est aliud (inquit) in Christi nomine congregari,
quam vna fide, vno redemptore, vnoque consenu, quæ ad vitam æternam
pertinent, mutuo confere. Nec Patres aliter interpretantur. Instar multorum
sit Chrysostomus, qui in hæc verba ait, in nomine Christi congregari eos,
qui propter Christi gloriam & honorem, tum etiam propter proximi in
Christo amorem congregantur. Imperfecta ergo est expositio Bellarmini: nam
virtutem omittit, & præalentiam gratiæ, & desiderium glorie Christi. 3. Ne-
que solum imperfecta est hæc explicatio, sed etiam falsa: quia dicit disputa-
tor, an glossator infelix, congregari auctoritate Christi, hoc est, ab eo qui
a Christo habeat congregandi auctoritatem: quibus verbis intelligit Pon-
tificem Romanum, & eum quidem solum. At possunt duo vel tres congre-
gari in nomine Christi, nesciente Pontifice Romano. 4. Christus hoc loco
non agit de conciliis speciatim, sed de quois vel minimo fidelium conve-
nitu, etiam nullo iubente, instituto. Non ergo probata auctoritatem conve-
cantis, multo minus Papæ. 5. Si idem esset, conuocare in nomine Christi,
& auctoritate Papæ, tum sequeretur quatuor prima concilia generalia, &
aliquot alia, non fuisse congregata in nomine Christi: quia non à Papa, sed
ab Imperatoribus indicta fuerunt. 6. Calvinus recte explicat, quid sit con-
gregari in nomine Christi, nempe ita congregari, ut Christus solum praesi-
deat, hoc est, & auctoritate & gratia ipsius sola nititur: seu à Christo, in Christo,
per Christum, propter Christum, ad Christum, congregari. 7. Hæc no-
ta est vñica, & proinde sufficiens, ad discernendum concilia legitima & il-
legitima. Nam quæ concilia pendent a solo Christo, & ipsius gloriam in so-
lidum querunt, ea demum sunt legitima. Hæc nota est partim externa, par-
tim interna. Hanc intus sentiunt, qui in concilio sunt prædicti vera fide: illam
vident, qui in concilio babent particulam luminis gratiæ, qua fit, ut intelligan-
t, solum Christum esse mediatores merito & efficacia. 8. Etsi Christus
non præsideret visibili forma in concilio: tamen duobus modis ibi præsidiere
intelligitur. Nam Spiritus Christi est iudex, discernens omnia: Scriptura
vero sacra est index certissimus, canon, regula, norma, ad cuius sym-
metriam, siue commensum, exigenda sunt omnia, ut ei respondeant. 9. No-
ta illa externa & visibilis præsidii Christi, id est, Scriptura, non est ambigua
& obscura in se. Nam Scriptura tam clara est per se, quam sol, oculos illu-
strans, quamvis eum non videant coeci. Quod autem illam lucem non vi-
demus, inde est, quod vel non habemus oculos fidei, vel habemus oculos
lippientes & caligantes, vel denique habemus quidem oculos, neque tamen
aperire volumus. Ita per illorum infirmitatem & ignorantiam, per horum
malitiam stat, quomodo non possit nobis esse usi hæc hora præsidii Christi
in concilio. 10. Falsum est, quod Bellarminus hoc loco ait, catholicos ex-
que atque aduersarios affirmare, se omnia ex diuinis literis depromere. V-
tinam hoc faciant! vtinam renuntient suis traditionibus, pro quibus tamdiu
contentione tanta disputatur! 11. Verba illa, Propterea quæ meas, non soli Petro

L 3 sun

sunt dicta, sed speciation ad ipsum directa, quia ille speciatim Christum abnegauerat. Non itaque soli Petro competunt, sed communiter cum alijs Apostolis. Christus speciali gratia ius redintegravit ei, qui solus exciderat. Itaq; hinc nulla prærogativa Petri concludi potest. 12. Pascere oues, complectitur totam curam pastoralem, hoc est, omne officium Apostolorum, & qui ap̄sis succedunt. Itaque perperam ad conuocationem conciliorum restrin- gitur. 13. Christus non debuit Tiberio dicere, Pasce oues meas: tum quia Tiberius fuit ethnicus, tum quia verbis illis complexus est officium paſtorum ecclesiæ, quod toto genere differt ab officio magistratus. Etsi enim ille quoque esse debet *πασχειν λαόν*: tamen hoc nihil pertinet ad præsens ne- gotium. 14. Adhuc sub iudice lis est, an Papa succedit Petro. 15. Sæpe qui gloriantur, se Petro succedere, non congregant homines in nomine Christi: & sæpe qui succedunt Tiberio, congregant homines in nomine Christi. Illud faciunt Pontifices Romani, qui homines abducunt à Christo: hoc faciunt pii principes, seu Imperatores Romani, qui homines ad Christum adducunt, vt Constantinus, Theodosius, alii, qui succedunt Tiberio, non perfidia, sed dominatione. 16. Petrus & reliqui Apostoli fuerunt oecumenici sive generales pastores, quatenus non vni Ecclesiæ fuerunt alligati, sed in vniuersum mundum missi. Sed non fuerunt oecumenici simpliciter. Itaque Petrus fuit pastor generalis, ratione numerosæ multitudinis, non vero ra- netotius vniuersitatis. Ita enim solus Christus est pastor generalis. Quare non recte dicit Bellarminus, Petrum esse Pastorem omnium. 17. Christus indefinite loquitur *Pasce oues meas*; non vniuersaliter: *Pasce omnes & singu- las*. 18. Verba Leonis non moratur. Sunt enim verba Pontificum (vt ille di- cit apud Aeneam Sylvium) fimbrias nimium extendentium. Fuit quidem Leo ille pius & doctus Episcopus: sed tamen fuit ambitiosus; quia soli Chri- sto competit vniuersalis illa autoritas, quam Leo & Petro & sibi arrogat. 19. Imperator congregat Episcopos, non vt ouis, sed vt pastor. Episcopus congregat Imperatorem, non vt pastorem, sed vt ouem. Itaque & impera- tor est pastor, & episcopus. Ille est pastor politicus, hic, ecclesiasticus. Rur- sus & imperator est ouis, & episcopus. Ille in ecclesiasticis, hic in politicis. Nimis ad munus Imperatoris politicum pertinet omnes suos subditos colligere in vnum, etiam episcopos in hoc negotio. Nam etsi res, de quibus in concilio deliberatur & consultatur, sint lacræ & religiosæ, tamen hoc ipsum, auctoritate principali congregare Episcopos ad consultandum, est mere politicum. Potest ergo præcipere, vt Episcopi (de Archiepiscopis i- dem est iudicium) qui nunc segregati sunt, conueniant in vnum locum, propter causas, quas ipse cum aliis necessarias esse duxerit. Et in hac actione iam non ouis, sed pastor est. Mutua hic est, vel, vt Græci eleganter loquuntur, *άριστος συμβολίον*. 20. Christus promittit, se in medio futurum, vt signifi- ciet se ad impleturum, quæ illi pertinet, per gratiæ assistentiam, vt recte lan- sensius in hunc locum obseruat. At hoc petere possunt, & debent, oēs Chri- stiani, quando conueniunt in nomine Christi, absente, & inscio, & inconsueto Papa. 21. Quid emolumenti quæso redit ad concilium, quod congregatur auctoritate Papæ? Errat enim illud fere in fide, vt Ephesinum II. & a- lia multa. Nimis Papa non congregat synodus in nomine Christi, sed in nomine suo. 21. In nomine Christi, & in nomine potestatis humanae con- gregari non pugnat. Nam qui in nomine potestatis humanae aliquid facit, ex auctoritate illius facit, sed non virtute ipsius: qui vero in Christi aut Dei nomine aliquid facit, is non solum eius auctoritate, sed etiam virtute fatus id facit.

III. Secundum Bellarmini argumentum est huiusmodi. Concilium generale ab eo indici debet ex auctoritate, qui potest omnes cogere, at nullus Imperator vniuersam totam ecclesiæ subiectam habuit etiam quoad actiones ciuiles, vt eam habet Pontifex quoad actiones spirituales. Nam Imperatores latissime dominabantur tempore B. Leonis, & B. Prosperi; & tamen tunc maior erat orbis Christianus subiectus Papæ, quam orbis Romanus subiectus Imperatori. Sic enim loquitur S. Leo serm. i. de S. Petro & Paulo: *Per sacram B. Petri sedem caput orbis effecta (Roma) latius præsides reli- gione diuina quam dominatione terrena*. Et Prosper libro de ingratia ita ca- rit:

*Sedes Roma Petri, qua pastoralis honoris,
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis,
Relligione tener.*

Nunc autem Imperator vix vniuersus prouincias Episcopos ad concilium co- gere posset: nec enim Itali, Hispani, Galli, Imperatori subiiciuntur, sed ha- bent suos proprios reges, vel principes temporales. Quid, si nullus esset Im- perator, imo etiam nullus princeps Christianus, num ideo concilia fieri non possebant?

IV. Respondeo. 1. Concilium aut ab uno indicitur, aut à pluribus, aut ab omnibus, quorum est auctoritas. Ab uno, vt Nicænum primum à Con- stantino: à pluribus, vt Ephesinum primum à Theodosio & Valentiniano, aliaque similia: ab omnibus denique, id est, ab vniuersitate Pastorum per consensum communem omnium sine humana auctoritate; prout concilia primum (licet non generalia) cum alieni à fide Imperatores essent, fuerunt habita. Pontifici vero auctoritatem vniuersitatis esse negamus; cum neque à principe vniuersitatis Christo, neque ab vniuersitate vniuersam habuerit e- am: ac proinde omnes cogere non potest. Hoc tribus argumentis demon- stramus. Primum est à natura conciliorum generalium. Nam cum in conciliis generalibus ratio coniuncta sit, ordinis politici & ecclesiastici; nec vniuersam fieri possit bona fide, vt ecclesiasticus Dei seruus in ordinem po- liticum, qui aliena est auctoritatis, curandum transeat sine reipublica Christianæ & humanae perturbatione; profecto vbi est sancta magistra- tum cum sacerdotali munere conspiratio, nec potest, nec debet ecclesia ea quæ sunt humani ordinis sine magistratus auctoritate subsilioque pro- curare in hac causa; immo non nisi per magistratum humani ordinis cu- ratorum ac vindicem: idque per eum magistratum, qui aut vnu sit, re ipsa maximum imperium obtinens, aut plures inter se vnu confensione sint & consiliorum communicatione, vt generalitate ordinis, commodorumque ad eam pertinentium, conciliis generalitatibus consulatur.

Secundum est à vocatione ambarum, legibus, imperij, & sacerdotii. Nam nec imperium fert sacerdotio leges (à Christo habet illas sacerdotio- um) nec sacerdotium imperio, ne in ijs quidem rebus, ad quas oportet typusque administrationem concurrere. Publicæ congregations, præ-

fertim tantæ, ab imperio sunt, nec legitime sine confessione, auctoritate, & mandato summi magistratus haberi possunt: & ab eadem auctoritate in suo ordine officioque continentur; magistratus ordinis præfector est. Actiones vero, deliberationes, & definitiones ad substantiam rei ecclesiasticae pertinentes, à sacerdotio sunt, à cœtu seruorum Dei, quibus rei suæ administrationem mandauit Deus; & quarum ordinem auctoritatemque procurat magistratus secundum Deum. Qui huius rei exemplum eu- dens desiderauerit, legat primas actiones concilii Chalcedonensis; vbi cum Leonis, Episcopi Romani, legati Diocorum excludendum clamore con- tenderent, religiosissimi iudices (prout appellantur) negauerunt ex ordine esse, vt causa incognita extruderetur quisquam, sed de facto Dio- scori cognosci curauerunt, & à consensu iure ecclesiastico definiri. Sic iustum ordinem tutati, substantiam rei cognitioni ecclesiasticae permis- sunt.

Tertium est ab effectu & executione rei definitæ. Nam siue con- gregationem Concilij haberi placeat, siue in ea consultari & decidi, siue ex eius definitionibus exequi, coactiu, vt vocant, magistratus auctoritate opus est ad ista omnia praestanda atque exequenda, duabus maxi- me de causis: vna, quod nullo iure ad Ecclesiasticos pertinet coactiu auctoritas, cum eorum non sit imperium, sed ministerium: altera, quod generalia Concilia nunquam ferme nisi de causa Ecclesiasticorum haberi solent legitime, cum veritas fidei, aut consensus, & pax ecclesiæ ab eis conturbatur. Quamobrem nisi coactiu illa magistratus auctoritas præficeret ordinis (nam reis solus Christus præfet per Spiritum & Scripturam suam) confusio maior ex schismate sacerdotum inter se ori- tur, dum alii in alios agerent, & velut retiarii cum secutoribus commi- terentur, infesta & turpi rixa. At hæc facit Pontifex, dixerit quispiam. Negatur: nam hoc non est de officio ipsius. Si de officio esset, aut a prin- cipe ecclesiæ haberet, aut ab vniuersitate ecclesiæ, aut à magistratu. Non habet à Christo; quia ille ministerium comisit suis seruis, non imperium. Non habet ab vniuersitate ecclesiæ: nam ne ipse quidem hoc affirmare audet; nec si affirmaret, probare posset. Non denique à magistratu politico; nam si ab eo potest, certe aut donatione, aut delegatio- ne esset. Pontifex vero neutrum docere instrumentis potest. Quod si non inde habet, publici iuris usurpator est, politici & ecclesiastici. Nec refert, quod magistratus sinit, ac proinde videtur consentire: nam qui errat, non consentit. Errat autem magistratus, non tam in iure, quam in fa- cto; quia religiosæ scilicet pro sua pietate Pontifex Romanus affirmat, hanc potestatem sibi ab eo, qui ius habet, collatam esse. Cum itaque solus magistratus (siue vnu sit Imperator, siue plures sint confessione vnu) possit generale Concilium cogere ad congregationem, itemque ordinem congregationis, & executionem rerum quas congregatio sancte definiuit: proposicio Bellarmini distinguenda est, vt fecimus: ita nempe. Concilium generale ab eo indici debet ex auctoritate, qui potest omnes cogere potestate legitime sibi concessa. 2. Assumptio, quæ ad propositionem hanc adtexitur, duobus modis falsa est: tum, quia magistratus politico potestatem coactiuam admitit, quæ omni iure ad ipsum pertinet, siue vnicus ille sit, siue plures sint confessione vnu (quod Bellarminus non attendit) tum, quia Pontifici Romano, quem non agnoscimus, attribuit potestatem, quam negamus vlo iure ad ipsum pertinere. 3. Antichristianum est, sibi assumere potestatem coactiuam in ecclesia. 4. Primis Imperatoribus totus fere orbis Christianus paruit. At Pontifici Romano nun- quam paruit: quia orientales, immo & occidentales, intercesserunt & con- tradixerunt ipius *καρκωνού*. 5. Leo, etsi fuit vir pius & doctus tamen ambitione laborauit, vt potest architectus regni Antichristiani. Deinde lo- quitur ille de *καρκωνού* præsidio doctrina & exempli, non auctoritatis at- que imperii. Non valet igitur consecratio ab eo quod secundum quid dictum est. 6. Idem est iudicium de carmine Prospere. Hoc enim vult: Ro- manum esse factam primam sedem episcopalem, non auctoritate, potestate, aut iurisdictione, sed ordine, & prærogativa. Deinde quod Prosper dicit, Romanum esse sedem Petri, ex communione illius temporis opinione habet. Sed quid poetæ versus moratur? 7. Etsi hodie non est vnu Imperator, vt olim tamen hoc non impedit, quin possit Imperator Concilium generale indi- cre, etsi non tam facile, vt olim. Non necesse est, vt vnicus obtineat omnia: sed satis illud est, si ij qui omnia habent, vnu sint religiosa conspiratione. Atque hac ratione vnu aliquis posset efficere, vt reliqui suos episcopos mit- terent. Hoc autem in primis hodieque potest Imperator facilius quam alii reges & principes. Maior enim est ipsius respectus, vt vocant. 8. Si nullus sit Imperator aut princeps Christianus, posunt quidem concilia cogi, nempe particularia, vt factum est olim sub decem illis immannissimis persecutio- nibus: sed generalia vix possunt. Deinde non valet argumentum, si de ordinario, ab eo quod extra ordinem sit, concluseris. Nam & deficiente coniunctione magistratus, potest aliquid ecclesia extra ordinem facere, quod ordinario non potest; & contra, deficiente ecclesia ab officio suo, potest ma- gistratus extra ordinem procurare vt ecclesia ad officium redeat: hoc est, eo casu extra ordinem contingente, hi & illi extra ordinem aliquid possunt, quod ordinario non possent. Id enim iuris communis est, extraordinariis malis remedia etiam extra ordinem adhiberi oportere.

V. Tertio, inquit Bellarminus, concilia prouincialia indicuntur à Metropolitano, & nationalia à Primate, vel Patriarcha, etiam testi- monio aduersariorū. Igitur Concilia generalia non ab Imperatore, sed à summō Pontifice indicanda sunt. Nam si Imperator indicere deberet Concilia generalia, deberet rex, aut dux aut alius magistratus ciuilis indicere. Concilia prouincialia, vel nationalia. Ut enim se habet Imperator orbis terrarum ad concilium generale: ita se habet rex, aut dux vnu prouinciae, ad concilium illius prouinciae, vel nationis. Quemadmodum igitur fatentur concilia prouincialia non conuocari à principe illius prouinciae politico, sed ab Ecclesiastico, cur non eadem ratione fatentur. Concilia generalia non debere cogi à principe totius orbis terræ politico, sed ab eccl- esia. Esse autem Papam Romanum totius orbis Christiani principem Ecclesiasticum, paulo ante ex Leone M. audiuius. Adde quod etiam si non esset Romanus Pontifex, verus princeps & monarcha Ecclesiasticus, vt nos docemus, sed esset solum primæ sedis Episcopus, seu primus inter primarios Patriarchas, vt Nilus existimat; adhuc ad eū pertineret ius indicendi Concilia generalia. Primates enim non imperant proprio aliis Episcopis, &

men quia primum locum inter Episcopos nationis suæ tenent, iure suo Concilia nationalia indicere possunt. Nam ideo Metropolitanus indicet synodum prouinciale, quia toti prouinciae p̄ræst. at summus Pontifex toti orbis p̄ræst, vt patet ex Leone serm. 3. de anniversario die assumptionis sua ad Pontificatum. De quo loco vide paulo ante §. 1.

V. Respondeo 1. Tota hæc disputatio nititur falsa hypothesi, Papam esse principem aut monarcham Ecclesiasticum totius orbis. Id enim soli Christo conuenit. 2. Argumentum non sequitur a Conciliis prouincialibus aut nationalibus, ad Concilium generale. Non enim eadem est horum ratio. Nam Concilia prouincialia & nationalia sunt ordinaria & stata, ex legibus Ecclesiasticis, quas Imperatores sanxerunt. Generalia vero Concilia sunt extraordinaria, cum aliqua causa magni momenti extra ordinem contingit. Aliud itaque est, ordinarium Concilii habendi statutum esse in Ecclesia, lege ordinaria, quam magistratus sanciuit, vel saltem approbavit; aliud extra ordinem indicere Ecclesiæ causa. Concilia autem generalia, ut diximus, non sunt ordinaria, sed extra ordinem indicuntur: neque ab Ecclesia indicuntur, quia ferme Ecclesiasticorum causa in doctrina, moribus, aut disciplina errantium habeti solent: ergo à magistratu indici necesse est in illo Ecclesiæ intus laborantis malo. 3. Antecedens non est necessarium. Etenim indicere Concilia prouincialia & nationalia etiam magistratus ciuilis potest, si res Ecclesiæ desiderare videbitur. 4. Consequentia etiam hoc nomine negatur, quod cogere Concilia sit ordinis humani, esse autem principem totius orbis Ecclesiasticum, sit usurpationis, non ordinis, aut iuris, neque diuini, neque humani. Est autem in consequens argumentum à iure ad usurpationem, quæ in rebus diuinis & Ecclesiasticis locum habere non debet. 5. Sane, vt Imperator se habet ad Concilium generale, ita se habet rex aut dux ad Concilium prouinciale vel nationale; nempe extraordinarium, ob causam heresos & schismatis inter Ecclesiasticos exorti indicendum. nam ordinarium indici debet ab ipsis Ecclesiasticis. Omne autem Concilium generale extra ordinem haberi constat. 6. Non sequitur: prouincialia Concilia conuocantur à principe Ecclesiastico illius prouinciae. ergo Concilia generalia debent cogi à principe totius orbis Ecclesiastico. Non, inquam, lequitur ex dispari: nam alia ratio ordinariorum est Conciliorum prouinciarum, ut modo diximus, alia eorum quæ extra ordinem ob schismate Ecclesiæ indicuntur. Conciliorum autem generalium ratio cum his, nō cum illis communis est. Deinde Ecclesiasticum totius orbis principem quemquam præter Christum negamus esse. 7. Non sequitur: Singuli Patriarchæ suos Episcopos congregarunt: ergo Pontifex Romanus omnes Patriarchs conuocare potest. Nam Papa vñus fuit è Patriarchis. Potuit ille suæ prouinciae Episcopos ad Concilium congregare, sed reliquos patriarchas non potuit; quia omnes æqualem authoritatem habebant; nisi quod cum conuenirent in Concilio generali, indictio ab Imperatore, tunc Episcopus Romanus primo loco sederet. Quam illæ autoritatem habuit, eam non in patriarchas, sed in suis Episcopos habuit. Non magis ergo sequitur: Concilia prouincialia à Metropolita sunt indicta: ergo generalia à Pontifice Romano indici debent: quam, ergo ab Episcopo Alexandrino vel Constantinopolitano debent indici. 8. Qui primus est ordine, authoritatem quidem habet dicendi primo loco, ut princeps sententia; sed non eo princeps est conuentibus sua authoritate indicendis, nisi speciale eius rei mandatum à collegio habuerit. Hoc Pontificia tyrannis poltea mutauit. Vbiunque collegi ordine solum differebant, nemo solus statuebat, sed omnes simul; non ex autoritate vñius, sed ex consensione omnium. Primus autem siebat ordinarie, non qui celebriori Ecclesiæ præferat, sed qui diutius in sacerdotali functione vixerat; & qui prior erat tempore, habebatur prior iure, ut loquuntur Canonistæ. Hoc quam plurimi actis & subscriptionibus veterum Conciliorum ostendi potest. Postea tamen, ut diximus, ordinis primatus Episcopo Romano tributus est. 9. Mercenarium Leonis testimonium in rem suam, suo loco refutauimus. 10. Metropolitæ aut Primates nullam habuerunt authoritatem cogendi Concilia. Illorum enim fuit indicere tantum locum, & tempus designare, moderari etiam & praetere reliquias in Concilio. Sed si aliqui immorigeri essent, & conuenire recusarent, nihil illi sua singulari authoritate facere potuerunt, sine aliorum Episcoporum consensi, aut sine Imperatoris authoritate, cuius erat Metropolis facere. Nam facti sunt Metropolitæ & Patriarchæ ab ipso Imperatore: ut patet ex illis verbis Patrum Concilii Chalcedonensis cap. 12. Οὐαὶ δὲ τῷ πόλεμῳ τῷ γεγονότῳ βασιλικῷ τῷ της μητροπόλεως ἐπιβολῇ ὁρούσῃ. Κακούντες νῦν υἱοίς Ιmpatorum honorare sunt nomine Metropolis. Et Chrysostomus homil. 17. ad populum Antiochenum ait, Antiochia ad eum fuisse nomen Metropolis à Theodosio, quod statuam Imperatoris euertissent. Rationes vero, quas fecuti sunt Imperatores, in constituendis vrbibus Metropolitanis, hæ fuerunt: vel quod inde Euangelium propagatum fuit in alias vrbes, ut ab Hierosolymis, Antiochia, Alexandria, Roma, Cæsarea; vel propter magnitudinem & amplitudinem istarum vrbium; vel quod in ipsis vrbibus suas sedes haberent Imperatores aut Proconsules. Sic in Concilio Constantiopolitano I. cap. 3. Constantinopolis æquata fuit Roma, quod sedes Imperatoris ibi esset. Verba Concilii sunt, διὰ τὸν αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανόν. Imperatores ergo designarunt vrbes Metropolitanas. II. Patriarchæ, non iure diuino, sed humano facti sunt, sanctionibus scilicet Imperatorum & Conciliorum. Ergo iure diuino Papa non est primus Patriarcha. Nam eodem iure Episcopus Romanus fuit primus Patriarcha, quo Alexandrinus fuit secundus primo, postea tertius, Antiochenus quartus. Itaque tunc temporis ille non fuit habitus pro principe aut monarca, quod vñus ex Patriarchis fuit. Nam aliqui non ille cum reliquis Patriarcha diceretur, sed illi Patriarchæ, hic princeps, ut nullus Dux dicitur Rex, aut Imperator. Sic ergo Pontifex tandem stabiliuit suam Monarchiam, quam illæ tamen iure diuino vult fundatam esse. Sed ad alia.

VII. Quartum argumentum Bellarmine ait se sumere ex illo antiquissimo canone, quo statuitur præter sententiam Romani Pontificis non posse Concilia celebrari: hunc enim canonem Apostolicum esse scribit B. Marcellus Papa in Epistola ad Episcopos Antiochenæ prouinciae. Eundem renouauit Concilium Nicænum primum: ut testatur Synodus Alexandrina in epistola ad Felicem, & Iulius in epist. I. ad Episcopos orientales, cuius meminerunt Socrates, Sozomenus, & Nicephorus. Si ergo sine Pontificio Romani consensi non licet Concilia celebrare, sequitur eius porfissimum esse illa conuocare. Calinus respondet, ex illo canone id solum effici, debuisse vocari ad synodum etiam Romanum Pontificem, quia erat vñus ex

p̄cipuis Patriarchis. At si ita esset, tunc etiam potuisse fieri canon, ne p̄ter consensum Episcopi Alexandrini, vel Antiocheni cogeretur Concilium: nam isti erant p̄cipui Patriarchæ, & Romano Pontifici æquales, vel maiores secundum Caluinum. Magdeburgenses Centur. 4. cap. 7. aliam excogitauit solutionem. Dicunt enim verba Socratis non significare, p̄ter Romani Pontificis sententiam non debete celebrari Concilia, sed non debete Ecclesiæ dedicari. Sic enim in Græco habetur, μὴ διὰ ταῦτα μην τὸν ιερὸν τὸν κατοικοῦσαν τὸν εὐχαριστίας. At falluntur Magdeburgenses, nam κατοικοῦσαν τὸν εὐχαριστίας, non potest significare, dedicare templa, sed canonum cœtum conuocare, sive Concilium indicere, quomodo loquuntur Marcellus & Iulius Pontifices, qui Latine videntur scripsiisse, & quomodo in Socrate & Sozomeno Latine vertit Cassiodorus in historia Tripartita lib. 4. cap. 9. & 19. quomodo etiam intellexit Nicephorus lib. 9. cap. 5. Sed clatissime res tota ex Epistola Iulii, quam Socrates adducit, demonstrari potest, si quidem in ea Epistola reprehendit Iulius Orientales, quod sine suo consensu Concilium Antiochiae celebrasset: rationem autem reddere vñlens, cur eos merito reprehenderet, istum canonem in medium adducit. Veligitur canon de Concilii celebratione intelligi debet, vel stultum sane fuisse Iulium necesse est, utrum autem sit horum verius, quis non videt? Adde, quod nullus veterum meminit eiusmodi canonis, quo prohibentur ecclesiæ dedicari p̄ter sententiam Romani Pontificis: imo nec fuit vñquam, nec est nūc vñs in Ecclesia istius canonis.

VIII. Respondeo 1. Etsi omnia in antecedente posita, vera esse concedantur; argumentum tamen non sequitur. Nam eti demus, non sine Romani episcopi consensu Concilia celebrari posse: non tamen hinc sequitur, eius esse Concilia conuocare. Interesse quidem ille debuit, ut vñus ex p̄cipuis Christiani orbis episcopis. Itaque statuit ille canon, ut Concilia semper intereflet. 2. Negamus istum fuisse canonem Apostolicum, & istam Marcelli Papæ epistolam. Nam si canon Apostolicus dicitur pro eo quod est canon Apostolorum sive ab Apostolis prescriptus, non extat in Canonibus qui dicuntur Apostolorum, aut alibi vñquam: si pro eo quod est canon sedis Apostolicæ, id est, Romana; iniquum est, imo non potuit Romana sedes eiusmodi canonem statuere in Ecclesiarum omnium præiudicium, sine communicatione, cognitione, consensu, authoritate ipsarum. Marcelli epistolam esse puram putat rhapsodiam, ac proinde supposititiam, res ipsa loquitur. Quod ipsum docti viri adnotant de reliquis decretalibus veterum Pontificum Epistolis. Quid, quod si hoc aut illud fuissest verum, nec legatio Romani Episcopi in synodo Nicæna illud tacuissest, nec Patres illi re comperta in ipsa synodo dissimulasset? At hi non canonem, sed morem; non vñueralem potestatem Romani Pontificis, sed parilem cum aliis agnoscunt in canone sexto: prout etiam repetitum à Gratiano legimus, dist. 6. cap. mos antiquus. Hinc iam 4. patet, falso affirmari, quod Concilium Nicænum renouauerit istum canonem. Non enim renouauit, quod ante non fuit: hoc autem non fuerat, ut ex canone 6. illius Concilii constat: quem modo adduximus. Præterea nihil plane in actis illius Concilii extat eiusmodi. Epistola synodi Alexandrinæ, itemque Iulii, utraque est adulterina. De priori consule Junium controvrs. 3. Bellarm. lib. 1. cap. 10. de posteriori eundem, controvrs. 4. lib. 1. cap. 12. Utraque est mendaciorum plena, e.g. quod Iulius iste roborabat non erat tantum quæ a Synodo Sardicensi fuerunt constituta, Nicæna tribuit; sed etiam longe plura & ampliora super omnes Ecclesiæ totius orbis attributa narrat à Nicænis illis Patribus Romano Episcopo, quorum ne per somnum quidem sanctis illis viris in mentem venit. Imo quod iidem illi Patres mori antiquo tribuerunt, id iste, Nicænis Patribus sapientior scilicet, iuri diuino tribuit, & institutioni Christi. Scriptis quidem Iulius ad orientales, sed illud non scripsit. Scriptis, inquam Græce, quia ad orientales Ecclesiæ scripsit: non Latine, ut videtur Bellarmine. 6. Neutra interpretatio vera est, neque Centuriatorum Magdeburgensium, quam Bellarminus improbat, neque Cassiodori, quam illo probat. Nam τὸν εὐχαριστίαν κατοικοῦσαν, est canones Ecclesiæ conuocare. Videamus verba Socratis lib. 2. cap. 8. Sed neque Iulius aderat (Antiochiae in synodo) maximæ illius Romæ Episcopus, neque in locum suum miserat quenquam, cum tamen canon p̄cipiat Ecclesiasticus: μὴ διὰ ταῦτα μην τὸν εὐχαριστίαν τὸν εὐχαριστίαν, id est, non oportere ut ecclesiæ canones ferantur aut prescribantur p̄ter sententiam Episcopi Romæ. Hanc rem negat Socrates, quia totam ecclesiastit attinxit, ab orientalibus definiri sine occidentalibus Ecclesiæ & Romano Episcopo (qui Patriarcha ipsarum errat) legitime potuisse: quam rem enuntiat συνεδριάν, nomine Episcopi Romani Ecclesiæ occidentales (quarum sententiam ille exquirere, audire, colligere, atque referre tenebatur) comprehendens. 7. Hinc patet, ex illo canone nihil contra nos concludi posse. Non enim sequitur: Præter τὸν εὐχαριστίαν Romani Episcopi Concilia celebrari non possunt: ergo solus Romanus episcopus potest conuocare Concilia. Recte itaque Calinus respondit. Nam omnes, præsertim Patriarchæ, Concilis generalibus interesse debent; atque ita nec ταῦτα μην τὸν εὐχαριστίαν Concilia celebrari potuerunt, aut quidquam in illis sanciti vel potuit, vel debuit: quia certi iuriis est, nullum Concilium celebrari posse, id est, indici, haberique posse præter sententiam illorum, qui ad illud Concilium pertinent; prouinciale, præter sententiam pastorum qui sunt in illa prouincia, nationale nationalium, generale omnium; nisi forte rei sint, de quorum causa cognoscere Concilium oporteat: nam horum eur experatur sententia? Socrates ergo cum dicit, non oportere κατοικοῦσαν τὸν εὐχαριστίαν, hoc vere affirmat, non esse Ecclesiæ officium, ut hæ sine illis in tantis fidei dogmatibus ex præiudicato statuerent. Nec occidentales sine orientalibus, nec hæ sine illis legitime potuerunt. hoc caput est certissimum fidei Ecclesiasticæ, non posse partem aliquam Ecclesiæ de eo, quod est vñiversalis Ecclesiæ totius disponere. Quales quidem erant canones Ecclesiastici: quos oportet distinguere ab illis, quæ veteres dixerunt Διατάξεις atque Ὀρθοπεδίον. Nam Patres illi plurimum hæc tria distinxerunt. Καταρες vocabant regulas dogmaticas de fide: has cum statuerent, dicebantur κατοικοῦσαν τὸν εὐχαριστίαν, informationes suæ formulas appellabant, quæ ad rationem Agendarum, quas vocant, sive officiorum pertinebant: Ὀρθοπεδίον, definitiones sive determinationes nuncupabant, quæ ad disciplinam & ordinem Ecclesiasticum spectabant: capitula dixerunt recentiores. Post omnia canonum appellatione aut ab imprudentibus, aut οὐεκαδέξας, donata sunt. Pergit Bellarmenus.

IX. Quinto probatur, ex Concilio Chalcedonensi Alter. I. vbi Dioscorus L. 4 Alexan.

DE CONCILIIS

Alexandrinus iubetur non sedere inter Episcopos, eo quod synodum facere ausus fuisset sine autoritate Apostolicæ sedis: *Quod inquit, nunquam licuit, unquam factum est.* Simile quid habemus in Concilio VII. generali, *Act. 6. vbi irritum iudicatum est Concilium quoddam Constantinopolitanum*, quia sine consensu Romani Pontificis coactum fuisset ab Imperatore.

Respond. 1. Verbailla, *Quod nunquam licuit &c.* non sunt Conciliis, sed Lucentii, qui erat legatus Pontificis Romani in illo Concilio. 2. Sane non licuit Dioscoro, indicere Concilium Ephesi, sine consensu episcopi Romani. Fuit enim mos, ut omnes Patriarchæ aut per se, aut per alios adesset. 3. Diocoros non reprehensus est propter spretam autoritatem Pontificis Romani, aut Lucentii querimonias ea de re: sed quia celebrauerat Concilium improbum, in quo hæresis monotheletarum confirmata fuit. 4. Quia hoc præiugium supra omnes ambitiose Episcopus Rom. affectabat, prospicerunt Patres Chalcedonenses contrario canone. 5. Concilium VII generale, id est, Nicænum II. vtpote Antichristianum, non moramur. Quanquam hic non facit contra nos, sed potius pro nobis. Sic enim in isto Concilio ait Iohannes de synodo illa Constantinopolitana: *Quomodo autem magna & universalis in quam neque omnes consenserunt, & reliquarum Ecclesiarum praefecti non admiserunt, sed anathemate eam deuouerunt. Non habuit cooperarium (congregationis nota) et hac qua nunc celebratur, Romanum Papam, neque illius sacerdotes, neque per vicarios, neque per provinciales literas, queadmodum fieri in Synodi debet: quinetiam neque concordantes sibi habuit orientis Patriarchas, Alexandrinum, inquam, Antiochenum, & urbis sancta (id est, Hierosolymorum) summos Pontifices, neque eos qui cum illis sunt etiam mystas & sacerdotes.* Negat Iohannes Concilium illud Constantinopolitanum, de quo agebatur, generale esse, vtens iusta partium enumeratione. At Bellarminus partem unican enumerationis profert, dissimilatis ceteris, ut probet nullum generale Concilium esse sine autoritate Rom. Pontificis. Itaque tantum abest ut hic locus Bellarminum iuvet, ut contra confirmet plane illam Caluini interpretationem, quam §. 7. sibi visus est refellere: nempe non posse generale Concilium dici, ad quod aliquis Patriarcha cum sacerdotibus provincie sua non fuerit aduocatus.

X. Sexto probatur (sunt verba Bellarmini) ex Concilio Romano IV. sub Symmacho, in quo cum rex Theodosius diceret se synodum conuocasse, ut iudicaretur causa Symmachi Papæ: responderunt Episcopi omnes, à Papa, non à rege debuisse vocari synodum, etiam si Papa accusaretur. Rex vero ait, se ex voluntate, & consensu Pontificis synodum conuocasse: Episcopi vero non prius acquieuerunt, quam Rex literas Pontificis proferret, & Pontifex ipse præsens testaretur ita esse. *Respond. 1.* Est ignoratio elenchi. Nos enim agimus de Concilio generali. At profertur historia de Concilio cogendo in diocesi Romani Pontificis. 2. Certum est, synodum illam conuenisse iusl & autoritate Theodorici. Sic enim legimus in principio Concilii. *Sancta synodus apud urbem Romam ex parte glorioissimi regis Theodorici, è diversis regionibus congregata.* Et Symmachus de Concilio conuocatione Regigratias agit, & se lætari simulat. Et in eadem synodis legimus: *Decernere tamen aliquid synodus sine regia notitia non presumit.* 3. Exemplum hoc est humani facti, non diuini iuriis argumentum. Nam Episcopi illi decorum ordinis (quamvis non iuriis diuini esset, ac necessarii) seruandum putarunt; quia humano instituto & constitutione iamdiu ipsis superior erat Episcopus Romanus, nec minorum (ut ipsi loquerantur) iudicio subiacebat. 4. Valde iniquum est, quod inquit illi Episcopi: non licere Imperatori, aut Principibus Christianis Concilium cogere, cum Romanus Pontifex accusatur, & reus agitur, nisi Pontifex velit. 5. Episcopi illi erant Symmachi adulatores, & ciuii etiam studio ad illud Concilium venerant, ut cum nimis erat Regis expedirent, & à culpa illa liberarent, cuius ipse accusabatur. Claudit Bellarminus.

XI. Septimo probatur, testimonio antiquorum Pontificum. B. Leo epist. ad Turbium, quæ est 93. cap. 17. Deditus, inquit, literas ad fratres & coepiscopos nostros, eisque Concilium synodi generalis indiximus. *Pelagius II. in epist. 1. ad Orientales:* Generalium synodorum conuocandæ authoritas Apostolica sedi B. Petri singulari præiuglio tradita est: *Sixtus III.* qui & Pelagium & Leonem præcessit, in epist. ad orientales: *Valentinianus*, inquit, Augustus nostra authoritate synodum conuocauit. *Adrianus II. in epist. ad Basiliūm Imp. que letæ est in VIII. synodo*, *Act. 1.* Volumus, inquit, pertuæ pietatis industriam Constantinopolis numerosum conuocati Concilium. His accedat *Valentinianus Imp.* qui cum ab Episcopis rogaretur, ut permitteret eis Concilium celebrare, respondit, vt refert *Sozomenus lib. 6. cap. 7.* Mihi, qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosus persercurari, sacerdotiis, quibus ista curæ sunt, quounque voluerint loco, conueniant. Accedant ultimum multi alii canones, qui habentur dist. 17. & plurimæ rationes, quas fecit Iohannes de Turrecremata lib. 3. cap. 6. & Concilium Lateranense ultimum sub Leone X. sess. ii. vbi asseritur, Romani Pontificis esse, generalia Concilia in dicere.

XII. *Respond. 1.* Testimonium Leonis nihil facit ad rem. Agit enim de Concilio nationali sub diocesi Romani Patriarchæ: ut patet ex contextu, Concilio celebrare, respondit, vt refert *Sozomenus lib. 6. cap. 7.* Mihi, qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosus persercurari, sacerdotiis, quibus ista curæ sunt, quounque voluerint loco, conueniant. Accedant ultimum amplificandæ Pontificis Romania authoritatæ. Sed ponamus esse legitimas, & respōdeamus. 3. *Pelagius & sine verbo Dei*, & in auctu contentionis effudit ista contra riualem suum, Iohannem Episcopum Constantinopolitanum, qui imperante Mauritio & decernente Concilio Constantinopolitano, quod Pelagius oppugnabat, se vniuersalem inscribebat. 4. Illud Sixti, nostra auctoritate, idem est, atque si dixeris, nobis auctoribus, de sententia nostra. Imperator iussisse dicitur, sua iussisse Sixtus. 5. Papa Adrianus fuit impius, & Concilium illud idolatricum. Quanquam verba ipsius bene possunt interpretari.

Volumus, pro velimus, nō est præcipientis solū, sed etiā suadentis atq; optatior oratio. Nā Episcopi consiliū proponebant ac postulatum suum, Imperatores eo auditio decernebant, mandabantque, ut alibi quoque diximus. 6. Concilium fuerat Constantinopoli habitum, in quo doctrina τοῦ ὁπερίου Cœv fuerat oppugnata. Propterea pī quidam Episcopi Hypatianum Heracleæ Perinthia Episcopum ad Imperatorem Valentinianum ablegarunt, qui & doctrinam ὁπερίου Cœv commendaret illi, & autoritatem Concilij habendi posceret, ad eleuandam Constantinopolitani illius decreti perfidiam. Probat Imperator, & loci eligendi potestatem facit Episcopis, ὡς βασιλεὺς. Hoc itaque argumentum facit contra Bellarminum. Nam Concilij, etiam non generalis, habendi potestas ab Imperatore petitur, & datur Neque vero Imperator his verbis, *Mibi, qui sum in sorte plebis &c.* negat hoc ad se pertinere, ut Concilia conuocet: sed hoc vult, sibi, negotiis politicis occupato, non vacare, ut in ista theologica sublimioris indaginis inquirat. 7. Quoniam in Decreto plurima sunt supposititia, non moramur canones, qui contra ius diuinum fanciunt ius humanum. 8. Quas Turrecremata rationes ad fert, in superioribus confutauimus. 9. Concilium Lateranense fuit Antichristianum. 10. Vno verbo negamus omnium istorum testimoniorum autoritatem: nam de fini sunt. nec considerant miseri (ut dicebat ille in Concilio Basileensi) qui istis argumentis vtuntur, quia que prædicant tantopere verba aut. ipsorum summorum Pontificum sunt simbrios suas extendentium, aut illorum quies adulabuntur. Atque haec sunt septem argumenta Bellarmini pro suo Pontifice, satis profecto levia. Nunc ad aliam controvèrsiam progredi-

CAP. IV.

Quas ob causas Concilia sint conuocanda.

I. Exposuimus de causa efficiente Conciliorum: nunc explicabimus de fine, & materia circa quam. Primum itaque exponenda breuiter erunt causæ, ob quas Concilia celebrari debent, numero octo. Bellarminus enumerat causas sex, ob quas Concilia celebrari solent. Quia in re euident est discriben inter nos & aduersarios: ut ostendunt duo ista verba, debent, so-

lent.

II. Octo itaque causæ, ob quas Concilia debent celebrari, hæ sunt. *Prima:* vt, si qua difficultas quæstio in fide orta fuerit, quæ multos exerceat, & de qua variae hominum opiniones sunt, veritas eo melius & certius inteniatur, quando nimis pīj & docti viri vndique conuenient, tamque communis studio queruntur. Nam non omnibus omnia Deus reuelavit, led vni sepe id reuelat, quod ab altero abscondit, *1. Cor. 14. 30.* Ita in Concilio Nicæno, cum intercederet Paphnutius, & matrimonium castum esse ex Scripturis probaret, Patres continuo mutarunt sententiam. *Secunda:* vt si qui abusus in Ecclesia inualuerunt, communis authoritate & consensu tollantur. Hinc in omnibus fere Conciliis legere est remedia istorum abusuum. *Tertia:* vt. *B. Basil.* ordo, & recta ac legitima disciplinatum constituantur, tum conferuentur in Ecclesia, conditis hac de re canonibus, siue legibus Ecclesiasticis. Hanc enim authoritatem Ecclesia competere supra *lib. 1. cap. 10.* demonstrauimus. Atque ita Patres Concilii Nicæni, postquam Arius dogma damnaverunt, *την οὐαὶν τὸν αἰρέαν μάρτυραν καὶ φίλον τοῦ Λαζαρίου.* *h.e. de politia Ecclesiastica canones scriperunt vñiginti*, vt elatup *Theodoreum lib. 1. cap. 8.* *Quarta:* vt, si quæ dissensiones sint inter pastores, vel saltē non ea sit consensio, quam religio & charitas postulant, illæ tollantur in legitimo Concilio, atque ita scandalis & offendionibus, quæ ex dissensionibus nasci solent, ē medio sublati, paci Ecclesiæ consuluntur, & unitas conferuetur. *Quinta:* vt ex ipso congreſu & aspectu mutuo magna consolatio & voluptas a piis hominibus percipiatur. Nam præterquam quod legitimum Concilium est imago quædam celestis Ecclesiæ (ita ut hoc nomine etiam possit dici Ecclesia representativa) & simul monumentum & pignus diuinæ promissionis de Ecclesia conseruanda: hoc vtilitas ad membra Concilij redundant, quod de Ecclesiæ suarum statu mutuo inter se se conferre possunt, incrementa & progressus religionis cognoscere, ad pietatem & diligentiam in officio suo se mutuis colloquiis hortari & excitare, sanctam denique amicitiam sancire. Ita legimus, Constantinum nihil magis in votis habuisse, quam vt eximios viros, & sanctissimos Episcopos in Concilio congregatos, oculis suis adspiceret. *Sexta:* vt infirmi, qui putant Ecclesiæ aliter sentire, vel rem aliquam non satis intelligunt, publica hac consensione, & institutione corroborentur. Ita Apostoli *Act. 15.* conuenerunt, vt Ecclesiæ & infirmis fratribus satisfacerent. Et Paulus profectus est Hierosolymam, ibique cum ipso contulit, vt omnes intelligentes preclare inter ipsos conuenire, seque non aliter docere, quam reliqui Apostoli docuerunt; atque ita omnis occasio scandalis tolleretur. *Septima:* vt, si forte Episcopus aliquis & legitimus pastor Ecclesiæ non potest locum suum tueri, neque suam Ecclesiæ in pace conseruare, propter audaces aliquos & impudentes aduersarios qui Ecclesiæ suis diffidiis vel schismatis lacerant; reliqui Episcopi tanquam ad communem quoddam incendum extinguendum concurrent, audacibus hæreticis & ichismaticis resistant, & pio Episcopo laboranti succurrant: quomodo videmus: si vñus paterfamilias non possit perse flammat in ædibus suis ortam restinguere, alios ciues ipsi succurrente, & nisi sponte succurrant, a magistratu cogi. Sic cum Arius p̄ suo pastore, Alexander, eminere vellet, ip̄fique diuinitatem Christi strenue defendant, reclamaret, & multitudinem ad se attraheret, adeo ut plus ille Episcopus penitentia, vel schismatis lacerant; reliqui Episcopi conuenerunt, vt illi quasi iunctis viribus operem ferrent. *Octava,* & ultima, eaque præcipua causa est, vt quemadmodum in iudicis forensibus malefici quæstione habita accusantur, & condemnantur: ita in Ecclesiæ hæretici incorrigibiles publico iudicio damnantur, & anathematizantur. Etsi enim hæretici possunt singulis damnari, ex Scriptura facit: tamen quando ab vñiuersa Ecclesia damnantur, solennior & grauior est sententia. Et vero nisi interdum hoc fiat, hæresis sopiri non potest. Sic Arius damnatus est primo ab Alexander, & Concilio Alexandrino: sed postea maiore cum authoritate & felicitate a Concilio Nicæno est damnatus. Atque haec sunt grauissimæ & iustissimæ habendorum Conciliorum causæ.

cause: quæ ad duas illas præcipuas reuocari possunt: una est, ut Ecclesia puram doctrinam verbo Dei comprehensam aduersus hæreticos afferat, & aperte suo testimonio approbet, i. Reg. 18. 19. 2. Paral. 29. & 30. altera, ut politione Ecclesiastica canones, pro diueria temporum, locorum, & perlonatum ratione constitutat, Act. 15. Versio. 6. & d. Verum quia sola causa proxima, ut Logici monent, satisfacit quæstioni Propter quid, uno verbo indicemus, quænam sit illa proxima Concilii causa, qua polita illud ponitur, & qua sublata tollitur. Ordinarii autem Concilii, siue illud sit oppidanum, siue diœcenum, siue provinciale, seu denique nationale, causa proxima & continens est sanctio & consuetudo Ecclesiastica, quæ Concilium fieri iubet. Extraordinarium vero Concilium indici debet, quando veritatis diuinae stabilitio, hæresium & schismatum auerruncatio vel extirpatio; corruptæ disciplinæ instauratio, & similia non possunt alio medio & remedio obtinere.

III. Hic autem opus est cauto, ne fallacia finis à nobis committatur. Non enim oportet indicere Concilium hoc nomine; vt nouum aliquod dogma condatur, & in Ecclesiam inducat; aut, vt sententia Concilij per se definitiva & inappellabilis. Nam in Scriptura continentur omnia dogmata fidei; & ipsius Scriptura sententia est sola inappellabilis. Ut ergo in iudiciis forensibus, non ex arbitrio iudicis, sed ex iure, iudicium fieri debet: ita hic nonnisi ex publico, & Imperiali, vt ita dicam, iure, id est, ex Scriptura formandum & firmandum est iudicium. Est enim Concilium quasi publicum consistorium, aut Imperialis etiama, aut Parliamentum, in quo indices, audita utraque parte, ferunt sententiam; veruntamen ita, vt sint ministri & interpres legis: interpres, inquam, mere passiui: Itaque primum, medium, & ultimum, quod in Concilio spectare oportet, est Scriptura, vel potius Deus in Scriptura loquens.

IV. Materia Concilii circa quam debet proportione quadam responde-re, & velut commenstrari finibus, quos diximus præcipue esse duos. Itaque in Conciliis agendum est de doctrina & disciplina Christiana, vel coniunctum, vel feorium, & res postulat. Merito igitur hic vapulat Papistæ, qui causas etiam politicas, puta consultationes de bellis suscipiendis, & limes alias, ad sacra Concilia inepite referunt: quippe in quibus tantum Ecclesiastica causa disceptandæ sunt: sicut tum ex ipsa eorum definitione, cap. 1. proposita; tum ex finibus modo commemoratis: tum denique ex veterum Conciliis, quæ in S. literis descripta sunt, & in primitiva Ecclesia celebrata, perpetua praxi manifestum est. Vide cap. preced. §. 8. quæ diximus de canonibus, formulis, & capitulis: ad quæ veteres reuocabant omnes actiones synodicas, in quibus omnia sunt mere Ecclesiastica. Itaque hie sacra profanis miscentur, & fines utriusque iurisdictionis, puta politica & Ecclesiastica temere confunduntur; dum propria Conciliorum obiecta non satis accurate à negotiis secularibus distinguntur, & gradus ipsi negotiorum non bene expenduntur. Neque valet obiectio, quod in V. T. ad Synedrium deuolutæ sint causæ forenses, & Ecclesiastica. Nam, vt supra cap. 1. §. 6. operose demonstrauimus, falsa est opinio illorum, qui putant ordinarie contentum siue Concilium Ecclesiasticum & politicum fuisse coniunctum. Id enim duntaxat factum est in rebus grauioribus & quæstionibus mixtis, quas vocant. In rebus grauioribus, extraordinarie: in quæstionibus mixtis, ordinarie. Quare huiusmodi coniunctio etiam hodie locum habere potest in Conciliis nostris. Sed confusio illa, quæ post Maccabæorum tempora inuauit apud Iudeos, & hodierno die apud Papistas obtinet, minime est probanda. Nam Concilia auctoritate humana vel Pontificia de causis humana, id est, non suis congregata, pro Conciliis legitimis habere, nobis est religio.

V. Audiamus Bellarminum de utroque illo, fine, inquam, Concilij, & obiecto eius, seu materia circa quam. Sic itaque at lib. 1. cap. . Causæ præcipuae, ob quas Concilia celebrantur, sex numerari solent. Prima causa est hæresis noua, id est, nunquam antea iudicata: propter quam cauam coacta sunt pri-ma septem generalia Concilia. Semper enim tanti Ecclesia securi periculum nouarum hæresium, vt non parauerit aliter posse resisti, quam si omnes, aut certe permulti Principes Ecclesiæ, coniunctis viribus, & quasi agmine facto irruerent in hostes fidei. Secunda est schisma inter Romanos Pontifices. hac enim de causa celebratū est Cœciliū tempore Cornelij, Damasi, Symmachii, Innocentij I. I. Alexandri III. Gregorij XII. & Benedicti XII. nullum enim est potentius remedium Concilio, vt sacerdotis probatum est. Tertia est, resistentia communis hosti totius Ecclesiæ. hoc modo coacta sunt Concilia ab Urbano II. Calixto II. Eugenio III. aliisque Pontificibus, pro bello contra Saracenos. Item ad deponendum Imperatorem celebrata sunt Concilia a Gregorio III. contra Leonem III. Iconomachum; a Gregorio VII. contra Henricum IV. ab Innocentio IV. contra Federicum II. Quarta causa est suspicio hæresis in Romano Pontifice, si forte accideret; vel etiam ty-rannis incorrigibilis, tunc enim deberet congregari generale Concilium, vel ad deponendum Pontificem, si inueniretur hæreticus; vel certe ad admonendum, si in moribus videretur incorrigibilis. nam, vt dicitur in VIII. Synodo act. vlt. can. 21. debent generalia Concilia cognoscere controvæsi-as circa Romanum Pontificem exortas, non tamenaudacter in eum senten-tiam ferre. Ob istam causam legimus celebratum Concilium Sinuesianum in cauâ S. Marcellini, & Romana Concilia in causa Damasi, Sixti III. Symmachii, Leonis III. & IV. quorum nullus a Concilio damnatus fuit, sed Mar-cellinus sibi ipse coram Concilio pœnitentiam iniunxit, reliquise purgauerunt. Quinta causa est, dubitatio de electione Romani Pontificis. Si enim Cardinales non possint, aut non vellent Pontificem creare, aut certe omnes simul perirent, aut aliunde fieret vere dubium, ad quos pertineret eiusmo-dicælectio, ad Concilium generale spectaret decernere de electione futuri Pontificis: quanquam non est verisimile, id aliquando euentur. Sexta est reformatio generalis abusuum & vitiorum, quæ in Ecclesiam irreputantur. tamen si enim solus Pontifex potest leges toti Ecclesiæ prescribere, tamen longe suauius res agitur, cum approbante Concilio generali summus Pontifex eiusmodi leges prescribit. Hinc videmus omnia fere generalia Concilia canones edidisse de reformatio-ne.

VI. Respondeo ad 1. Hæc causa est legitima, si nempe hæresis sit certa & notoria. Nam si nondum liqueat, non oportet damna-re id, de quo nondum constat, esse dannabile. Si non sit notoria, priuatum sopiaatur: vt paulo post sub finem huius cap. probatur. Legitima itaque est hæc causa, si duo ista obseruentur. Quod autem dicitur de septem Conciliis generalibus, & priaci-

pibus Ecclesiarum, non admittimus: quod Concilium septimum, id est, Nicænum II. fuerit erroneum, vt nos supera non semel ostendimus; & nullos principes Ecclesiasticos sive diuinæ institutos esse nouerimus. ad 2. Hæc causa nulla est. Neque enim ea est Pontificum Romanorum conditio, vt per ipsos totum mundum scindi; & propter ipsos totam Ecclesiam communiqueris oporteat. ad 3. Hæc causa itidem nulla est. Nam resistentia communis hosti totius Ecclesiæ pertinet ad Concilium politicum. Et resistere Pontificem Imperatori, quid ipsum deponere: id vero est Antichristianum. Verum enim uero Concilia politica, militaria, imo etiam Imperio & toti reip. Christianæ existialia, modo ex re essent & ambitione Pontificum, celebrata sunt ab illis hominibus. Hac via cilicet ad cœlum proceres Ecclesiæ iuerunt Apostoli, & viri Apostolici in præsa illa Ecclesia Christi. Hoc ipsa, quæ huic Bellarmino adferuntur, exempla docent, & alia istiusmodi quatplurima. ad 4. Huic causæ omnino cum prima conuenit, nec aliud discrimen est, quam quod Pontifex, num illud plausibile Romanæ Ecclesiæ, dum est vere Pontifex, vt Bellarminus loquitur cap. 10. non potest ab ullo Concilio iudicari, nisi forte tribuat ipse Concilio potestatem examinandi causam suam, & sententiam discretuam, non autem coactuam ferendi. Itane vero Bellarmino? Pontifex in suspicione hæreos potest esse vere Pontifex. Itaque non potest iudicari à Concilio, nisi forte tribuat ipse Concilio potestatem examinandi causam suam. Præclara omnino ratio: quæ huc tandem recidit, Concilium nihil præstare posse, nisi Pontifex voluerit. Potest ergo Concilium generale congregari, & iudicare de Papa, cum de hæreſi suspectus fuerit, si modo ipse voluerit. Sed quid si noluerit? Tum certe ratio Bellarmini perit. Sed redio ad id, quod modo dixi. Ratio ista non est diuersa à prima. Accidere enim potest, vt non modo sit suspicio hæreos in Pontifice, verum etiam certum crimen; vtque si ipse hæreticus, & tyrannus, hoc est, vulpes & lupus: etgo quid tandem fieri meritofuerit de hæreſi & tyranni-delictu? Potest iudicari à Concilio, si velit. Sinolit, non potest. Hæc itaque causa est, & non est. ad 5. Neque hæc causa a secunda differet propriæ, nisi de Pontifice, Briareo scilicet illo Romano, ageretur. Deinde Bellarminus ait, non esse verisimile id aliquando euenturum. Quare vero? Quia, vt Augustinus lib. 4. contra Cresconium Grammaticum ait, non iam, vt vetus præteritum ferri, quod volumus jandrum est; sed etiam quando volumus, & quādū volumus. Id ipsi cōmentū placet Romæ. Deniq; de hac quinta ratione sua Bellarm. c. 10. ait, si de electione Pontificis dubitetur, vt si Cardinales non vellent, aut non possint Pontificem creare, utile esse Concilium, sed non necessarium, quia posset sine Concilio eligi. Sed a quo tandem? Hoc ille non docet. Sed tamen ait (quod est notandum) non magis dubium est, a quibus eligendus sit Episcopus Romanus, remotis Pontificum Constitutionibus, quam a quibus eligendi sunt Episcopi aliarum ciuitatum. Sed qui illi sunt, a quibus eligendus est, non exponit. Forsan aut Presbyteros, aut populum intelligit. ad 6. Hæc causa est legitima. Itaque ex omnibus Bellarmino causa nulla vim habet, aut alius est momenti, præter primam & postremam: & quarta sub prima comprehenditur. Porro consideranda nobis est hoc loco incognititia Bellarmini. Dicit enim cap. 9. esse præcipias causas, cur Concilia celebrari soleant, & celebrentur. Deinde de quinta ait, illam nec euensis nequam, nec euenturam, quod repetit cap. 10. & ait, proptei eiusmodi causam, nullum haec tenus generale Concilium fuisse conuocatum. Quod idem de quarta causa dicit. Cur igitur hanc in causis numerat, si nunquam ob eam Concilium aliquod est habitum? Quod ad sextam causam, puta reformationem abusuum & vi-tiorum attinet, ait capitulo 10. vitia & abusus emendari posse per Papam & Concilia particularia, puta prouincialia: sed fuius id fieri per Concilia generalia, vt loquitur capite 9. Sed non ita est. Nam ea dénum ma-la, quæ vniueritatem occupant, (sive sint in vita, sive in fide) ab vniueritate curanda & præcaudenda sunt. Sed dum adhuc serpunt, ne cum petierunt vniueritatis iugulum, ea in publicum vniueritatis diffundi, vel curationis specie, nec veritas, nec charitas Christiana linit, nec ordo Ecclesiasticus à Christo imperatus. Hoc si Alexander Alexandrinus in causa Arii obseruasset, & malum ubi natum erat extingui modeſte curauisset (vt Augustinus prudenter monet) non ad omnes orbis terrarum Ecclesiæ feruidius perscripſisset, nunquam Arii virus tam multas animas infecſisset. Postremo, cum Bellarminus capitulo 10. concludit, Concilia non esse ob vilam ex istis sex causis simpliciter necessaria, magnopere sui est oblitus. Nam quid si Papa non modo suspectus sit de hæreſi, sed etiam certus & notorius hæreticus sit? quid si homo audax & tyrannus sit, & habeat exercitum? & omnes qui ei contradicunt damnet? & si Imperator ei faueret, quomodo remouendus eset? vt si Papa eset Lutheranus, & ei faueret Rex Galliæ, & Hispaniæ, & Principes etiam Germaniæ, nonne tum Concilium generale abſolute ne-cessarium eset? Ostendat aliud medium, quo posset remoueri, & dabo non esse: sed nullum potest. Verum hoc nos concedimus, non esse Concilia simpliciter necessaria. De Papa suo ipſi viderint, quomodo cum remoueant, si sit hæreticus, aut tyrannus.

C A P. V.

Quinam sint ad Concilium conuocandi, ibique possint ferre suffragium decisum, sententia nostra.

I. Differimus haec tenus de causa efficiente, & finali Conciliorum, item de materia circa quam: nunc videbimus de materia ex qua, hoc est, de his, ex quibus Concilia præcipue constant. Status vero qualitatis primo loco quærendus est. Vbi Bellarminus cap. 15. duo adnotanda sibi duxit. Vnum est, Ecclesiam vniuersam quatuor contineri hominum generibus: sunt enim aliqui clerici, aliqui laici; & rursum ex clericis, alii prælati, alii non prælati: item ex laicis alii principes, alii priuati. Alterum est, in Conciliis, multis de causis aliquos interessi posse. alii enim intersunt vt iudices, qui dicuntur habere suffragium decisum, alii vt disputando examinent difficultates, qui dicuntur habere suffragium consultuum; alii vt ministrent, quales sunt notarii, & cultodes: & alii denique, vt defendant Concilium, & dent operam, vt iuris & extra omnia sint pacata. Quæstio igitur est, qui sunt ex illis qua-

ueror hominum generibus vocandi ad Concilium, & qua de causa. Aduersari nostri duo dicunt. *Primum*, ex omnigenere hominum debere interesse eos, qui erudit sunt, & omnes debere esse iudices, atque habere suffragium decisiuum, quidquid sit de aliis muneribus. *Secundo* dicunt, Concilium Ecclesiæ non constare, nisi ex vere piis, & electis.

III. In his Bellarmini verbis examinare oportet duo præcognita, & similiiter duo illa, quibus verum ~~ex~~ ^{et} proponit a nobis proponi ait. *Primum* præcognitum huius questionis quod attinet, ita est, vt Bellarminus ait, nos distinctionem illam ex parte recipimus, & ex parte rei. *Nā* eti ordinis illos Papisticos iure diuino non nisi asservimus, & commentitium illud sacramentum esse dicimus: tamen debere esse certos homines ministerio verbi & sacramentorum destinatos, non negamus; quos ex reliquo hominum cœtu eligendos esse statuimus: atque inter illos verbi & sacramentorum economo certum quoque ordinem obseruamus: ita ut alios alii præponamus. Hiautem olim ~~x~~ ^{et} ~~en~~ dicti sunt, quod certa ratione sortiti escent munus aliquod Ecclesiasticum. In altero præcognito est insufficiens enumeratio. Addendum enim: alii, ut partes aut rei, quorum causa agenda est: nam profecto inuocatos, inauditos damnari, inhumanum est: alii denique auditores, studentes & definitioni sua ex reum sacrarum percepta communicatione. Sic itaque corrigimus hoc præcognitum. Non quatuor (vt vult Bellarminus) sed sex sunt ordines & gradus illorum, qui ad Concilia venire debent. *i. iudices*, *2. disputatores*, *3. defensores*, *4. ministri*, *5. rei*, *6. auditores*. Haec tamen itaque consentimus, nullum genus hominum excludendum esse, neque clericos, neque laicos, quo minus ad Concilia veniant. Sed quæstio est, quinam constituant Concilium essentialiter, seu necessitate materia, ut loquuntur. *Papistarū sententia* est, solos prælatos maiores, eosq; omnes, id est, Episcopos, in Cōciliis generalibus & Provincialib. habere ius suffragii decisum ordinarie, ex priuilegio aucte & cōsuetudine, etiā Cardinales, Abbates, & Generales ordinum, licet Episcopi non sint: ex Presbyteris autem, & aliis Clericis minoribus tantum vocari aliquos viros doctos, qui iuuentur disputando, vel aliis ministeriis: principes autem vocari, tum ut Concilium defendant, tum ut testes & consciæ decretorum Concilii, postea transgressores, & contumaces pœnis corporalibus puniantur: denique ex priuatis laicis tantum vocari aliquos, qui videantur utiles, vel necessarii ad aliquid ministerium Conciliorum. Hanc sententiam esse Catholicorum, patet tum ex personis, quæ interfuerunt Concilio Tridentino, tum ex Iohanne de Turrecremata, & aliis Catholicis authoribus, ut ait Bellarminus d. l. *At nostra sententia* est, non solos prælatos, sed etiam homines quousquis idoneos eligi posse, qui ad Concilium mittantur, eosque habere ius definendi & decidendi ex Scripturis. Idoneos autem dicimus, qui vel dono tantum, vel dono & vocatione simul instruti sunt. Ibi sunt laici, hic, doctores, itemque pastores Ecclesiæ ordinarii, aut extraordinarii reformatores & doctores, quales olim erant prophetæ & Apostoli. Mittendi ergo sunt ad Concilia, quos constat & doctrina & virtute integritate, ceterisque Spiritus sancti donis excellere. Et licet ad ministros Ecclesiæ hoc maxime referatur: tamen politici sive laici nequam à Conciliis excludendi sunt: imo cuius debet patere locus dicendi, modo id rite & ordine fiat. Possunt, inquam, & vero debent ad Concilia mitti homines idonei, non solum prælati, sed etiam laici, omnibusque illis licet ibi libere pronuntiare, ita tamen ut nihil indecore, turbulentem, aut tumultuose fiat, sed omnia ordine gerantur: denique omnes & que audiendos esse, & eorum causam potiorem esse, qui ex solis Scripturis sua possunt demonstrare. Ex his perspicuum est, non recte nostram sententiam a Bellarmino recitatam esse. Tria enim docemus. *1.* Homines rerum diuinarum & Ecclesiasticarum peritos, solertes, doctos, pios, discretos, graues, cordatos, cuiusmodi sunt Doctores & Pastores illis donis prædicti mittendos esse ad Cōcilia, inque iis primum locum in suffragiis ferendis obtinere. Itaque & Episcopi mittendi sunt, modo tales sint, quales esse debent, iis nempe donis instructi, ut diximus modo. Alias doctores, pastores, & Episcopi, qui ad hoc munus arduum, quod in Conciliis sustinere oportet, inepti sunt, domi retinendi sunt. *2.* Si qui sint ex aliquo hominum genere docti & periti, eos etiam mittendos esse. *3.* Ecclesiasticos & laicos parem debere habere autoritatem in suffragiis ferendis. Negamus itaque, Concilium debere constare ex vere piis & electis tantum: quod Bellarminus nobis affingit absque ylla ratione. Nunc argumenta nostra proponamus, & postea corroboremus, id est, ab exceptionibus Bellarmini vindicemus.

III. *Primum* nostrum argumentum ntitur auctoritate Scripturarum & præxi Ecclesiæ Apostolicae, *Autor. 15. 6.* Conuenerunt Apostoli & presbyteri, ut de hac re dispicerent. *Et vers. 22.* Tunc visum est Apostolis & presbyteris cum tota Ecclesia. Ex his locis manifestum est, non modo Apostolos, sed etiam presbyteros, imo vniuersam Ecclesiam, adeoque & populum ipsum, in hoc Concilio, quod omnium aliorum norma esse debet, adfuisse, & suffragium definitiuum habuisse. Si ergo in Concilio hoc Apostolico, non solum Apostoli, sed etiam presbyteri & vniuersus populus ibi prælens, de proposita controuersia sententiam dixisse leguntur, & sic tandem, communis ordinum omnium consensu, decretum synodale factum esse dicitur: hoc idem in Conciliis omnibus obseruare oportet. Sunt enim Concilia & ecclesiastica longe inferiora Concilio hoc Apostolico, & ideo ad illud cœnormam exigui debent, post Scripturam sacram. Hic non possum quin adscribam in signia illa Cardinalis Arelatensis verba apud *Æneam Sylvium lib. de gestis Concilii Basiliensi*: Visum est nobis, significat vocem decisum, & refertur ad illud quod præcesserat, *Apostoli & Presbyteri*. Ex quo constat, Presbyteros quoque vocem decisum habuisse.

IV. Secundo argumentum ex iis Scriptura locis, vbi omnes fideles Spiritu sancto prædicti esse, & proinde de rebus ad religionem pertinentibus iudicare & posse, & debere, dicuntur: *vt 1. Cor. 2. Spiritualis homo, id est, vere Christianus, dijudicat omnia. 1. Cor. 10.* Tanguam sapientibus loquor: Iudicate vos, quæ dico. *1. Cor. 12.* Omnes vno spiritu potati sumus. *1. Iohann. 4.* Vos vñctionem habetis, & hostis omnia. Quo etiam pertinet locus ille celebris. *1. Cor. 14.* vbi omnibus in Ecclesia Christi congregatis, qui videlicet munere ac dono prophetandi (id est, docendi) prædicti sunt, potestas loquendi, reliquis autem omnibus potestas iudicandi conceditur. Ergo sententia omnium ex æquo audiri posunt, imo debent.

V. Tertium argumentum nobis suppediat ipsa naturalis æquitas; quippe quæ aperte docet, communem totius Ecclesiæ causam, communibus

omnium votis ac suffragiis definiendam; sive contrauersiam publice uotam, & ad omnes pertinentem, publicis omnium ordinum sententiis discepitandam esse: nec Spiritum sanum, cuiusque efficaciam, certo alicui hominum generi præcise alligandam esse. Sane quod ad omnes spectat, id suo modo & gradu ab omnibus tractari deberet. Atqui causa fidei & morum in Conciliis ad omnes spectat. E.

VI. Quartum argumentum est eiusmodi. Concilium generale uauerit Ecclesiam repræsentat. Ergo ibi debent esse quidam ex omni genere & ordine hominum. Probatur consequentia: quia in Concilio generali non est leuis & qualiscumque repræsentatio Ecclesiæ, qualis est in presbyterio Ecclesiastico, aut in collegio Septemvirali, vbi Eletores repræsentant Romanum Imperium: sed est repræsentatio maxime solennis, qualis cernitur in Comitiis imperij.

VII. Quinto, si Concilia generalia sunt id in Ecclesia, quod Comitia in regno, teste Bellarmino lib. 1. c. 3. de Concil. & ad regni Comitia ex omnibus ordinibus aliqui diliguntur, qui intersint, & sententiam ferant, & eam quidem eiusdem plane generis sive dignitatis; tum hoc idem in Conciliis generalibus fieri debet.

VIII. Sexto, in V. & N. T. sepe de rebus fidei non tantum priuatim, sed etiam publice coram populo actum fuit, & iudicium populo reliquit, *vt 1. Reg. 18. vers. 21. 39. Act. 8. 20.* Vide etiam Ambrosium epif. 32. vbi ait: Causam fidei in Ecclesia agendum, quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat. *Et mox:* Iste populus iudicat, in cuius corde lex diuina est, non humana. Itaque idem hodie potest, & debet fieri.

IX. Septimo, Spiritus sanctus non raro sua dona iis largitur, quos alioqui nemo non aspernatur, *1. Cor. 1. 2. 7. cap. 12. 11. Act. 4. 13.* Vide quoque Ruffinum lib. 1. hist. Eccles. cap. 3. Contra vero præfuses ordinarij non raro aduersus veritatem cœlestem conspirant, *1. Cor. 2. 8. Ier. 1. vers. 18. 19. 1. Reg. 22. vers. 22.*

X. Octavo, Si Scriptura sola est supremus omnium controuersiarum index in religione, & norma omnis iudicij, illi-vero, qui Concilio interfuerunt, tantum sunt interpretes & indices veræ sententiae, verbo Dei comprehensæ; tum omnes & singuli interesse possunt, suamque sententiam dicere, sive sunt prælati, sive non. Quid? Vnius laici sententia, quæ cum Scripturis consentit, præponenda est sententiae totius Concilij, quæ Scripturis contradicit. Ita Gratianus quest. 36. can. vlt. auctore est, Hieronymi auctoritatem Scriptura sacra munitam, toti Concilio generali præiudicasse. Et Panormitanus Abbas comment. in Chronic. scribit, vnius etiam idiote sententiam, testimonio Scriptura bene munitam, decretis totius Concilij, ac summi Pontificis, si quidem Scripturis consentanea non sint, omnino præferendam esse. Vide eundem Panormitanum in c. Significati de electione: vbi dicit, vnius priuati sententiam præponendam esse sententia Papæ, si ille priuatus moueatur melioribus auctoritatibus V. & N. T. Similiter Gerson part. 1. de examinatione doctrinarum ait, quemcunque hominem doctum posse & debere toti Concilio resistere, si videat illud ex malitia, vel ignorantia errare. Confirmatur hoc argumentum; quia ratio, cur Episcopi præcipue vocentur, est, quia existimantur esse doctores ceteris. Si ergo multi Laici inueniantur doctores Episcopis, vel & que docti, cur non vocabuntur ad Concilium?

XI. Nonum, & postremum, nostrum in hac causa argumentum sequitur, quod in testimonio, exemplis, & historiis antiquis positum est, atque auctoritate præxi Ecclesiæ primitivæ, in qua hæc confuetudo per aliquot secula viguit, ut principes, presbyteri, senatores, iudices, aliique homines laici, Conciliis sacris, seu Ecclesiasticis, non solum interest, sed etiam sententias dicent, definirent, subscriberent: ut apud Euzebiū, Sozomenū, Theodoretū &c. vide est. Sed hoc probemus. Ex actis Conciliorum constat, Imperatores non solum interfuerunt Conciliis, sed etiam Conciliorum decretis, tanquam illorum membra, subscriptissæ. In synodo Nicana I. non solum Episcopi, sed etiam Presbyteri sederunt, & iudicarunt. Laici etiam ibi disputarunt, teste Socrate lib. 1. cap. 3. vbi à laico philosophus ethnicus vietus, & ad fidem conuersus dicitur, in ipso Concilio. Constantinus M. sic ait apud Socratem lib. 1. cap. 9. qd. oūt̄ m̄. n̄. q̄ ū. ā. t̄. m̄. ū. d̄. ḡ. ā. n̄. id est. Et ipse veritatis disquisitionem, seu discepcionem, suscepit. Theodosius II. sive Iunior, synodus coegit ex principibus omnium sectarum, & iussit ut quisque opinionem suam scriptis mandaret, sibiique traderet, ac diem illis dixit. Ad quæ cum omnes adescent, & scripta sua exhibuissent, Imperator secessit, & Deum attente precuras est, ut ad veritatem eliciendam sibi præsto esset. Postea dogmata hæretica damnavit disciditque, fidem vero Catholicam comprobauit & confirmauit, Socrates lib. 5. hist. Eccles. cap. 10. Porro in Concilio Chalcedonensi legati Imperatoris, qui Senatores & patritij erant, iudices fuerunt, & Dioscorum atque Iuualem hæreticos, vna cum Episcopis damnarunt. Vnde subinde in Actis illius Concilij legitur: Gloriosissimi iudices, & Senator dixerūt. Similiter Patres in eodem Concilio dixerunt: Videtur nobis iustū, si placuerit diuinissimo & piissimo Domino nostro. Marianus Imperator in sexta actione Concilij Chalcedonensis dixit inter cetera, vt in Iure Canonico diff. 96. cap. Nos ad fidem citatur. Nos ad fidem confirmandā, nō ad potentiam ostendenda, exēplo religiosissimi principis Cōstantini synodo intercessione volimus, ut inuenta veritate, non ultra multitudine prauis doctrinis attracta discordet. Et paulo post sequente capitulo Vbi nam, Nicolaus Papa in Epistola ad Michaelm Imp. qua incipit, Proposueramus, ait: Vbi nam legistis, Imperatore antecessores vestros synodalibus conuentibus, interfuerunt, nisi fortitan in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos? Nicolaus Cusanus Cardinalis lib. 3. cap. 16. de concordantia Catholica ait: In vniuersalibus octo Conciliis, vbi Imperatores interfuerunt, & non Papa, semper inuenio Imperatores & iudices suos cum Senatori primatum habuisse & officium præsidentiae, per interlocutores, & ex consensu synodi, conclusiones & iudicium fecisse, & non inuenitur instantia in octo Conciliis, præterquam in tercia actione Concilij Chalcedonensis.

XII. Hæc sunt nostra argumenta, è quibus Bellarminus cap. 16. commorat quinque, videlicet primum, tertium, quartum, octavum, & nonum, ad quæ pluribus voluit excipere. Illas itaque exceptiones retundamus. Ad primum responderet, in isto Concilio Apostolos interfuerunt, tanquam iudices, ad definiendum, Presbyteros autemad consultandum: plebem autem non esse vocatam, sed tamen adfuisse, & consensisse, non quidem defi-

niendo, vel disputando, sed tantum audiendo; & non reclamando: quod ita esse probatur dupliciter. Primum ex consuetudine Ecclesiae, quae est optima Scripturarum interpres, nam cum in omnibus Conciliis, quae post Apostolorum tempora sunt celebrata, hunc ordinem obseruatum esse constet, ut soli Episcopi fuerint indices: licet praesentes fuerint alij, vel clerici, vel laici: idem omnino in Apostolico Concilio seruatum esse credere debemus. Nec enim Ecclesia vniuersa, ac praeferit primis illis temporibus, ab Apostolorum exemplo & traditione discessisset. Deinde, hoc idem ex contextu probari potest, hoc modo. 1. Apostoli & presbyteri tantum vocati sunt, & non plebs. Dicit enim Lucas: *Conuenierunt Apostoli & Seniores.* 2. Apostoli & seniores locuti sunt, donec discutiebatur controversia. Dicitur enim in textu: *Cum magna discussione fieret.* 3. post disputationem, in qua Apostoli & presbyteri locuti erant, soli Apostoli sententias definitivas dixerunt. Soli enim Petrus, Paulus, Barnabas, & Iacobus, introducuntur à Luce loquentes. 4. colloquii continuatio & alternatio hoc idem ostendit. Nam post Petri sententiam, mox subditur, *Tacuit autem omnis multitudo.* Deinde subditur, *Et postquam tacuerunt, nimirum Paulus & Barnabas, respondit Iacobus:* & mox finita Iacobi oratione dicitur *Tunc placuit Apostolis.* Itaque illi soli dixerunt definitivas sententias. Quod autem sequitur, *Placuit autem Apostolis, & senioribus cum omni Ecclesia,* intelligitur de consensu tacito, qui debet dari ab omnibus qui sunt in Concilio.

XIII. Respondeo 1. Negatur distinctio ista, Apostolos iudicasse, presbiteros consultatice, populum consensisse tantum. Nam primo quæstio ad omnes fuit delata, v. 2. quorum quæsto, si illorum non fuit de causa cognoscere, & definire. Deinde, v. 6. legimus conuenisse ad hoc Concilium non Apostolos modo, verum etiam presbyteros, & quidem similiter omnes, *id est in vno concilio ut disquererent, disciperent, disciparent hac de re.* Eadem ergo causa fuit Apostolis & presbyteris ad hoc Concilium conueniendi, scilicet ut de ea, quæ orta erat, controversia iudicarent, & aliquid constituerent. Tertio, *Acto. 16. 4.* legimus, Paulum ciuitatis illis, per quas transibat, tradidisse *ne diximus in rebus ecclesiasticis quædam in rebus ecclesiasticis ratiōē ēccl̄iā, hoc est, instituta illa, quæ decreta erant ab Apostolis & presbyteris, qui erant Hierosolymis.* Itaque presbyteri &que habuerunt suffragium decisuum atque Apostoli. Quarto, Apostolis non opus fuit huiusmodi consultoribus & disputatoribus. Sed peropus erat collegis & auditoribus, decisiuam sententiam vna cum ipsis, ferentibus. Nam quia visum fuit Apostolis, ut hæc quæstio ad totam Ecclesiam deferrener, & omnium suffragiis approbaretur, ut eo modo paci Ecclesiæ melius consuleretur: ideo presbyteros & plebem voluerunt etiam congregari, ut cum totius Ecclesiæ consensu definitum esset ex verbo Dei, circumcisionem & reliquas Mosaicas ceremonias abrogatas esse, omnes in ea definitione acquiescerent. In hoc ergo Concilio qui quis laicus & presbyter definitivum suffragium habuit, non minus quam Petrus. Neque vero hoc detrahit auctoritati Apostolorum. Duplex enim est illorum ratio: singularis, qua Apostoli supra Ecclesiam reliqua fucrunt extra ordinem, & communis vel ordinaria, qua cum aliis Dei seruis ministerio functi sunt ordinario, licet non adstricto & ad vnum locum alligato. Singulari illa ratione vñi sunt Apostoli, cum aut Ecclesiæ primum institui oportuit, aut aliquid in Ecclesiæ geri, quod ordinariam Ecclesiæ conditionem cognitionemque superaret: ut cum Arianam & Sapphiram multauit Petrus, & Paulus Elymam. Ordinaria vero vñi sunt, vñiam Ecclesiæ erant instituta, nisi res eiusmodi esset, quæ diuina extra ordinem reuelatione disci deberet, aut motu diuino geri. Ita cum adulterum illum 1. Cor. 5. damnari oporteret, Apostolus vñi communicatione cū Corinthiis: quæ in extraordinaria reuelatione locum nō habebat. Hoc autem in Concilio Apostoli dicuntur vñi communicatione: Communis ergo ista est Ecclesiæ, ac nō singularis actio Apostolorum in hoc Concilio Hierosolymitano. Omnes itaque dono & vocatione instructi iudicauerunt in isto Concilio: primum quidem Apostoli, & viri Apostolici: tum presbyteri dantes operam ministerio verbi, tum Hierosolymitani, tum Antiocheni, & si qui præterea aliunde venerant: dehinc alij presbyteri, illorum vñi in Ecclesiæ gubernatione: diaconi item, donis prophetæ instructi: denique ipse populus, nempe qui voluerunt & potuerunt. Hi, inquam, omnes fuerunt participes consultationis, nam communis nomine Ecclesiæ designantur, v. 4. 22. 23. Quinto, plebem venisse non vñi vocatam absurdum est. Pugnat enim cum decoro & ordine, ut quisquam non vocatus veniat in Concilium. Pugnat etiam cum more Apostolorum, qui, ut constat ex Ad. 6. 2. solebant vñi *πατέρων καὶ θεοῦ* conuocare. Sexto, plebem nihil dixisse falsum est. Nam v. 1. dicuntur *πάτερ*: hoc est, alij quam Apostoli & presbyteri. Et illi leguntur disceptasse v. 7. Præterea v. 12. dicitur, *Tacuit tota multitudo.* Ergo antea locuta est. Et vers. 22. dicitur: *Tunc visum est Apostolis, & presbyteris cum tota Ecclesia.* Ergo Ecclesia non tacuit, sed suum quoq; interpolavit iudicium. Et v. 23. legimus, Apostolos, presbyteros, & fratres misisse literas ad Ecclesiam Antiochenam. Ergo dogma hoc fuit omnium sententiis comprobatum. Unde intelligimus, alias fuisse populi, quam silendi partes. Videlicet *Aeneas Sylvius l. 1. de Concil. Basileensis*, vbi eleganter ait: *Vñi est Spiritui sancto & nobis.* Vnde appareat alios quæ Episcopos in Conciliis habuisse vocē decidēt. Sed pergam in Bellarmino. Dicit ille, consuetudinē optimam interpretē Scripturarum. At consuetudo semper habita est pessima interpres Scripturarū a Terrulliano, Cypriano, Augustino, aliis. Deinde mala consuetudo male opponitur claris verbis Scripturæ. At nos modo probavimus ex contextu, Apostolos, presbyteros, & plebem in hoc Concilio easdem partes sustinuisse. Denique non solos Episcopos, iudices fuisse in Conciliis, aut definiendi auctoritatem habuisse, ostendimus s. 11. & iam ostendamus amplius. Constat ex S. literis, primum Episcopos & presbyteros eosdem fuisse: postea vbi Episcopus Compressbyteris fuit præpositus, ad Concilia fuisse Episcopos missos potius quam alios, adiuncto uno aut altero de Compressbyterorum aut Diaconorum numero, & suo ipsis, adiunctorumque suorum, & Ecclesiæ aut prouincie, quæ ablegauerat, nomine sublēpissimè: tum etiam, si non esset integrum Episcopo aut certa de causa videretur, in Conciliis Presbyteros plenarios Episcoporum vicessessiles, tanquam legatos: quemadmodum in Concilio Niceno I. factum. Sed Presbyteris, aut Diaconis, qui interfuerunt, non fuisse suffragium, qui probetur? In Niceno I. & Constantiopolitano I. vicem functi sunt Episcoporum: in Carthaginensi, cui præfuit Cyprianus, in Antiocheno I. in Romano contra Marcellinum Papam, in Alexandrino contra Arium, in Romano altero sub Sylvestro, in Eberino, in Arelatensi II. in Aquilensi, & si-

milibus multis, Presbyteri & Diaconi consultati onis, sententiae dictio[n]is, & subscriptionis fuerunt consortes, etiam cum litteræ prescriberentur Conciliorum nomine. Sequitur apud Bellarminus analysis huius loci, quæ ex n. 5. & 6. huius §. refutatur, & ex hac vera analysi. Quemadmodum in omnibus iudicis atque consensibus res in consilium primo mittitur, deinde disceptatur, tum in consultatione dicuntur sententiae singulares, denique conclusio certa fit eo qui præfuit: ita hic quoque fit. Paulus, & Barnabas (qui non fuit Apostolus, vt tamen vult Bellarminus) *primum* rem mittunt in consilium, v. 5. deinde oritur disceptatio, v. 7. in qua vñique in vitramque partem varia fuerunt allata à variis: *dēhinc Petrus illos reuocat à feroore disceptationis &c.* Tandem Iacobus percepit confensione omnium, tanquam præses consensus, & loci (vt tradunt) Episcopus, conclusit de sententia omnium, & ex conclusione ipsius facta est prescriptio, Apostolorum, presbyterorum, & fratribus Hierosolymitanorum nomine, v. 22. 23. Itaque presbyteri & plebs æque sententiam dixerunt atque Apostoli: non quod Apostoli non sufficerent, sed vt sic melius & Ecclesiæ paci consuleretur, & hoīum desideriis satisficeret. Vbi non possum quin illud breuiter addam. Cum Bellarminus quatuor hominum genera ad Concilia conuenire: quodam, vi iudicent; alios, vt disceptent; nonnullos, vt defendant Concilium; & aliquos, vt ministrent; Presbyteri & plebs non propter aliquam ex tribus postremis causis ad hoc Concilium conuenierunt: ergo propter primam.

XIV. Ad quartum nostrum argumentum excipit, multis modis posse aliquid repræsentari sed optimum modum esse, quo per principes repræsentantur populi. Sicut enim in Comitiis generalibus multorum statuum congregari solent Consules, vel domini ciuitatum: sic in comitiis Ecclesiæ generalibus congregantur omnes Episcopi: nam quilibet Episcopus personam gerit sua Ecclesiæ, vt patet ex *Cypriano l. 4. epist. 9. vbi* dicit, Ecclesiam esse in Episcopo. Quare *Eusebius l. 3. de vita Constantini*, Concilium Episcoporum 318. vocat conuentum orbis terrarum. Et *August. l. 1. de bapti. mo c. 18.* eiusdem Concilij Episcoporum consensum, vocat totius Ecclesiæ consensum. Ref. 1. Si singuli Episcopi singulas Ecclesiæ repræsentant; tum Romanus Episcopus totam Ecclesiæ repræsentat; quia Episcopum Ecclesiæ Catholicae vocat. Itaque non opus est, vt multi Episcopi conueniant, sufficiat, si ille solus adfuerit. Potest ille solus Concilium generale indicere, habere, celebrare. Atque hic est optimus repræsentandi modus apud Bellarminum, quād per principes repræsentantur populi. 2. Quid si Episcopi fuerint haeretici, vt olim omnes præter vnum aut alterum Ariani fuerunt; num illi totam Ecclesiæ in Concilio representabunt? num illorum definitio stabit? Num Episcopi in Concilio Ariminensi congregati tota Ecclesiæ repræsentarunt? tum certe tota Ecclesia Ariana fuit. 3. Nisi Episcopus electus & designatus fuerit ab Ecclesia, vt ead ad Concilium, non potest Ecclesiæ repræsentare. Itaque Episcopus vel solus, vel vna cum iis, qui ad latum ipsi adiunguntur ex Presbyterio, repræsentat Ecclesiæ, a qua mittitur, eo modo, quo mittitur. 4. Quemadmodum in Comitiis ciuitibus non semper magistratus, puta consul, procuritate mittitur, sed aliquando alius aliquis, qui & ipse personam ciuitatis gerit: sic non tantum Episcopib[us] Ecclesia eligendi sunt, qui ad Concilia mittantur, sed etiam alij p[ro]f. solertes, & docti viri, qui s[ecundu]m peritus disputare, & in quæstiones controversias melius inquire possunt quam Episcopi. Quisquis vero ab Ecclesia mittitur, is Ecclesiæ personam repræsentat. 5. Consensus Episcoporum dicitur in iis locis consensus totius Ecclesiæ & orbis, syne dochice & secundum quid.

XV. Argumentum nostrum quartum Bellarmino est secundum: ad *nōstrū terrium* tertio quoque loco responder, videlicet causam fidei ad omnes pertinere, clericos necp[ro] & laicos, led diverso modo: nam ad prælatos pertinet vt doctores, ad ceteros vt discipulos, sicut in bello causa victoriae ad torum exercitum pugnare. Ad locum illum *Nicolaï Papæ*, quem §. 12. attulimus, responder, Nicolaum ex eo, quod fides communis est omnibus, recte collegisse, Imperatorem debere interesse, non quidem vi iudicere, sed vt eum, cui incumbit defendere communem fidem edictis ac legibus, & si oporteat etiam gladio. Ref. 1. De causa fidei dicere ad eos omnes pertinet, qui sunt prophete dono & vocatione, siue sint prælati, siue presbyteri, siue diaconi, siue laici. Sic enim Paulus præcipit 1. Cor. 14. 32. Falsum itaque est, ad solos prælatos tanquam doctores spectare caufam fidei. Nam neque soli prælati sunt doctores, neque ad solos doctores id spectat. 2. Imo vero non solus Imperator, sed etiam alij politici possunt interessi, vt defensores Concilij. Itaque peculiarter Concilio intersunt magistratus, qua magistratus. At idem intersunt Concilio etiam communiter, vt Christiani, quorum est fides Catholica, quæ in Concilio defendere debent, non gladio, sed armis spiritualibus, æque atque clerici. Ethoc vult Nicolaus Papa, vt patet consideranti textum ipsius, supra §. 12.

XVI. Octauum nostrum argumentum quarto loco soluit à Bellarmino, his verbis. 1. Sententia vñi priuati potest anteponi sententia Concilij generalis ante definitionem, dū causa disceputatur; in discussione enim eruditio, non auctoritas personæ, primas tenet: præterea etiam post definitionem, quando constat, Conciliū fuisse illegitimum: at nullo modo post definitionem Conciliū legitimi. 2. Apud Gratianum Hieron. anteponitur Concilio particulari, non autē generali. Et vero verba illa, quæ Gratianus Hieronymo tribuit, non inveniuntur in eius operib[us]. Deniq[ue] Gratianus eo loco lapsum est, non enim pugnat Hieron. & Concilium, vt Gratianus putauit. Hieron. enim tatum dicit secundū legem veterē licuisse raptori ducere in uxori mulierē a se raptā, si pater eius consentiat: Concilium autē statuit, vt non obstante illa legi veteri, quæ iudicialis est, & Christianos non obligat, non licet raptori in uxori ducere, cā quā rapuit. 3. Panormitanus & Gerlon loquuntur conditionaliter, sicut Apostolus, cū air Gal. 1. Sinos aut angelus de cœlo Euangelizet &c. Sic ut ergo ex conditionalis sententia Apostoli non licet colligere, Ergo Apostoli & angeli poterant Euangelizare aliquid contrarium Euangelio Christi: ita quoq[ue]: ex eo q[uod] Panormitanus & Gerlon dicunt conditionaliter, nō licet colligere, Ergo absolute Concilia & P[ro]t[er]ices errare possunt, & ideo priuati homines ad Concilia vocandi sunt. Deinde, illi loquuntur de resistentia, quæ potest fieri Concilio vel Papa, tempore discussionis ante decisionem, sive etiam postea, quando Concilium est illegitimum. 4. Episcopi quidem debet eligi quam doctissimi & optimi: tamen ipsi auctoritatem iudicandi habent, nō quia docti sunt, sed quia sunt personæ publicæ, id est, principes habentes Ecclesiasticam iurisdictionem: quemadmodum etiam in principibus & iudicibus

dicib. secularibus, requiritur quidē iuris prudentia & pbitas, tamen nō pro-
presa licebit priuato homini meliori & doctori deturbare Principem, aut
indicem de sua sede, & eum occupare. *Resp. ad 1.* Negatur ista distinctio. Nam
sententia vnius priuati, si ex Scriptura est, sententia est principis Ecclesiae, id
est, Christi, quamvis per os priuati hominis enūtiata; ac proinde per se prin-
cipalem autoritatem habet. Deinde, tenet quidem primas authoritas per-
sonæ publicæ atque Concilij *reg. n.*, si cum priuato homine comparaueris:
sed cum authoritate principis & legis principalis, id est, Scripturæ sacræ, nō
potest illa ratione comparari: si consentit, secundas tenet ministerio suo; si
dissentit, nullas. Denique Concilium legitimum est, aut illegitimum duob.
modis, sive aut progressu sive actu, idq; secundum totum aut partem ipsius
maximam, minimam, mediocrem, quis hic legitime vniuersalem de Conci-
liis faciat affirmationem? nam etiam vnuenit ut Concilium ortu legitimū,
rem actu statuat illegitimum, ut illici Concilio Carthaginensi cui Cyprianus
præterat, & aliis confamilibus. Nullum Concilium prædicare potest verita-
tis: Hanc si vel laicus libere non defendetur, proditor est veritatis. *ad 2.* Satis
est, quod Hieron. se opposuit Concilio. Nihil refert, quale illud fuerit. De-
inde Bellarm. primo negat hoc esse dictum Hieronymi, postea ait esse. Ter-
tio ne sit Hieronymi: at apud Gratianum est, cuius centonem approbavit
Pontificum & Conciliorum authoritas. Quarto distinctio ista est falsa: nam
manifesto pugnant, & ita agnoscit Iohannes in glossa. Nec refert, quod hæc
lex dicitur esse iudicialis: nam certe magis moralis est, & fundamentum arq;
rationem habet in iure moralis, qua ratio perpetuitatem habet, arque est in-
variabilis. *ad 3.* conditio Apostoli est impossibilis: conditio Panormitani &
Gersonis est possibilis. Itaque iniqua est hæc comparatio. Concilia enim er-
rare posse & ratione, & testimonis iuris Canonici, & facto confirmatur, vt
infra c. 11. dicturi sumus. Deinde negatur vtraque exceptio: nam illi de re di-
ixerunt vniuersel. *ad 4.* Vtrumque opus est, donum & vocatio. Placit illegiti-
ma est in Ecclesia vocatione sine donorum exploratione & conscientia. Deinde
Episcopi non sunt principes instituto Dei, sed administrati, administrati, in-
quam, & non principes Ecclesiae. Denique dispar est ratio potestatis & min-
isterii. Episcopus est nomen ministerii; princeps, potestatis. Itaque non licet
priuato homini meliori aut doctori sibi vendicare officium principis, aut
iudicis. Sed si Episcopus sit a suis ad lyram, priuatus, pius & doctus, ipsi merito
præfertur in Concilio, quantum ad iudicium decisum.

XVII. Nonum argumentum nostrum, quod est quintum apud Bellarmi-
num, vtrinque vero ultimum, ita soluitur. i. in Conciliis tributum quidē esse
populo iudicium priuatum, non vero publicum. Nam publicum profertur à
publico iudice cum autoritate, ita ut teneat cæteri illi iudicio acquiesce-
re. Priuatum est ea sententia, quam quisq; eligit ut veram, sed neminem ob-
ligat. 2. iudicium priuatum aliquando tributum est populo, etiam a piis &
sanctis hominibus; sed tunc solum, quando aliter non potuit fieri. T enentur
enim sequi populi iudicium suorum pastorum: tamen quando hæretici im-
pune versantur cum Catholicis, & multos seducunt, expedit quandoque
publicas disputationes coram populo cum eis inire, & relinquere iudicium
populo, ut sequatur quos viderit melioribus rationibus niti, ut fecit Elias 3.
Reg. 18. Si Baal est Deus, sequimini eum. 3. Cōcilio Nicæno I. Laici interfuer-
re non vocati, nec interfuerunt auctis Conciliis: sed per se venerunt, ut extra
Concilium disputarent cum Episcopis, quos audierunt ex toro orbe eo con-
uenisse *Ruffinus l. 10. c. 3. 4.* Principes, presbyteri, iudices, aliique laici inter-
fuerunt quidem multis Cōciliis, & subscripti, sed consentiendo, non definito: sive vero Episcopi fuerunt iudices, & definierunt: & ob eam causam aliter
subscripti, p. g. Ego Augustinus Episcopus definiti subscripti:
principes vero, presbyteri, & alii sic: Ego N.N. Princeps vel Presbyter con-
sentiens subscripti. *Resp. ad 1.* Iudicium publicum dicitur ambigue: vel quod
est ordinari & publici iudicis: vel quod est multorum. Et posteriori signifi-
catu iudicium populi est etiam publicum. Deinde vtriusque iudicii, tum
publici, tum priuati, norma est verbum Dei. Si itaque commune iudicium
populi ex veritate Scripturæ constabit, illud vtrique magis oportet audire,
quam eorum qui vocationis sua authoritate freti sine scientia decernunt
aliquid præter veritatem. Tertio iudicium priuatum æque obligat, atque
publicum, si consentiat cum verbo Dei: & si hoc non consentiat, illud magis
obligat; quia tum publicum plane nō obligat. Denique iudicium populi ve-
re censetur publicum, quando consentit cum testimonio publico, legitime
facto. Ita §. 13. probauimus, iudicium Apostolorum, seniorum, & fratrum fu-
isse vnum, hoc est, publicum: adeoque & decisum. Ergo hinc quoque re-
spondet *ad 2.* Nam Apostoli tribuerunt fratribus iudicium, ut eo modo
consensum totius Ecclesiae obtinerent. Deinde exemplum Eliae nihil facit
ad rem. Non enim ibi agitur de iudicio synodico. Et vero Elias ibi adhibet
figuram rhetorica, quæ dicitur permisso. *ad 3.* Imo vero non extra Conciliū,
sed in Concilio fuisse laicos, probatur ex Ruffino, quem Bellarminus addu-
cit. Nam duo dicit Ruffinus: in Concilio fuisse magnum numerum consen-
tientium sacerdotum; & quandam ex confessoribus, simplicissimæ naturæ vi-
tum, qui nihil aliud sciuerit nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, inter
cæteros Episcopos auditores adfuisse; qui philosophum Arianum, omnibus
orthodoxis insultantem, paucis interrogacionibus fregerit. *ad 4.* Olim hæc
duo non distinguebantur, consentiente, & definite. Nam ex veterum testimo-
niis patet, Episcopos consentientes, & laicos definientes subscripti. In Cō-
cilio Chalcedonensi *act. 1.* sic legimus: Ego Dorotheus Episcopus consensi &
subscripti. *Marius Victorinus l. 2. cōtra Arianos ait,* Nicæna fidei multa Episco-
coporum millia consensisse. *Socrates l. 1. c. 5.* de Eusebio Episcopo Cæstiensis
scribit, eum interfuisse Concilio Nicæno, & primo hæsitasse, sed postea una
cum reliquis vniuersis eam approbasse, seu in eam consensisse, & subscripti-
sse. Sic itaque Episcopi subscripti consentientes. Nam ostendemus, laicos
subscripti definientes. Constantinus Magnus sic loquitur apud *Eusebium lib. 2.*
l. 3. de vita Constantini: Ego vobis cum interfui, tanquam vnu ex vobis. *lib. 2.*
apud eundem: Ego suscepit & perfeci res salutares, persuasus verbo tuo. *apud*
Socratem l. 1. c. 9. Et ipse veritatis disquisitionem suscepit. *Sozomenus lib. 4. c. 16.*
de eodem scribit, ipsum iussisse, ut Episcopi deceat Orientis, & similiter de-
cem Occidentis ad aulam venirent, quos synodus designasset, ut ipse quoq;
intelligeret, an secundum Scripturas cōuenienter in unicem, & ut de iis rebus,
quæ agenda erant, quid optimum videretur, determinaret. Ecce, ipse Imper-
ator definuit, sententiam dixit, decretum Concilij confirmavit. In Concilio
Constantinopolitano I. Patres in Epistola ad Theodosium scripta, sic loquin-
tur: Cupimus abs te, humanissime ac piissime Imperator, diplomate tuo sy-
eu;

nodis sententiam confirmari, ut que madmodum literis, quibus nos conno-
casti, Ecclesiam honorasti; ita etiam placita Synodi subscriptione tua munias.
Theodosius Junior fidem Catholicam confirmavit, ut diximus. §. 11. vbi etiam
vide, quomodo in Concilio Chalcedonensi legati Imperatoris fuerint iudi-
ces. Et *Euagrius* de eodem Concilio *l. 2. c. 4.* ait. Senatores ista decreverunt,
i. vñ p̄fici. Iustinianus Imperator, qui sincerissima pietatis fuit, multas tulit
leges, in quibus hæc verba sèpius occurunt, Definimus, iubemus, impera-
mus, statuimus: scilicet ex Scripturarum canone sic edicti. Tantum ipse sibi trā-
buit, quasi iure suo; nec vñquam est propter hoc à quoquam reprehensus.
Vnde intelligimus, leges Ecclesiae datas esse ab Imperatore, etiam sine Con-
cilio, quanquam non sine verbo Dei. Quod si Imperator extra Concilium
tantam autoritatem habet; num in Concilio nil nisi consentire potest. In
Concilio Constantinopolitano III. *Act. 18.* Constantinus Imp. non modo se-
dit cum Episcopis, sed etiam vna cum eis subscriptis. *Legimus* (inquit) & con-
sensimus In Cōcilio Arausicanu II. viri patritii non modo sententiam de reli-
gione dixerunt, sed etiam cum Episcopis subscripti. *Cusanus de concor-*
dantia Catholica lib. 3. c. 16. ita scribit: In octava synodo Basilius Imp. Patriar-
chalium sedium vicarii & Patriarchi in subscriptione se postposuit ex hu-
militate, tota synodo rogante, ut se præponeret. Aliud eiusdem *Cusanus* dictu,
longe illustrissimum vide §. 11. Neque solum Imp. subscripti definiēdo,
sed etiam tota Ecclesia, *Act. 15.* in quem locum, ut adnotauimus §. 15. *Aeneas*
Sylvius ita scribit: Apparet, alios quam Episcopos in Conciliis habuisse vo-
cem deidentem. Atque, ut hoc colophonis loco addamus, in Concilio Ba-
silensis Presbyteri, non soli Episcopi, definierunt. Sed hoc Concilium dispi-
cer Papæ.

C A P. VI.

*Argumenta Bellarmini, quod soli prelati maiores in Concilio
habeant ius suffragii decisum.*

I. Olos prælatos maiores in Conciliis generalibus & provincialibus ha-
bentes ius suffragii decisum, *Bellarminus l. 1. c. 15.* probat quatuor argumen-
tis. *Primum* defumit ex Scriptura sancta. Define in Conciliis ea, quæ sunt
credenda, vel agenda, proprium est munus pastorum: id enim proprie est
pascer: est enim docere, & docere ita, ut alii teneantur eredere. Pro ore do-
cere, esse pascer, patet *Ierem. 3.* Dabo vobis pastores secundum cor meum, &
pascent vos scientia, & doctrina. Item *Eph. 4.* Alios autem pastores, alios do-
ctores. Vbi notat *Hieron. in hunc locum, & Augustinus Epist. 59. ad Paulinum,*
coniunctum esse nomen pastoris cum nomine doctoris, quia proprium est
pastorum docere. At non sunt pastores laici, nec Ecclesiastici quicunque, sed
soli Episcopi, sic enim legimus *Act. 20.* Attende vobis & vniuerso gregi, in
quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Et *Ioh. vlt.*
Petro dicitur: Pasce oves meas.

II. In hoc argumento multa peccata insunt. i. Define in ea, quæ credenda,
vel agenda sunt, sive in Concilio, sive extra Concilium, duobus modis acci-
pi potest: authoritatue, ut loquuntur, & nuntiantur; seu, architectonice, &
ministerialiter. *Priori modo* definire, est per se statuere, & præscribere, quid sit
à nobis fide suspicendum, & opere præstandum, sic ut nulli licet reclama-
re, quantumuis ratione freto. Et ita solus Deus habet potestatem definendi.
Posteriori modo definire, est declarare, hanc esse fidem Catholicam, hoc esse
credendum, hoc esse agendum, quia Scripturæ authoritas ita credendum, &
ita agendum esse docet. Pastorum itaque munus est posteriori modo in Cō-
ciliis definire ea, quæ sunt credenda & agenda. Sed Aduersarii tribunt Cō-
ciliis, praesertim si Pontifex Romanus ipsis adfuerit, vel saltē approbaris
ipsa, authoritatem ducere, & definendi ea, quæ aperte cura Scripturis pu-
gnant: ita ut nemini licet reclamare, vel decreta examinare. Quæ certe au-
thoritas est Antichristiana. 2. Define in Conciliis ea, quæ sunt credenda, vel
agenda, non est proprium munus pastorum; sed hoc ipsis est commune cum
aliis, gregi videlicet. Quod ita demostro. *Munus pastorum proprium* in qua-
to modo, ut loquuntur vulgo, est, salutari vita pabulo, id est, verbo Dei,
populum sibi concretum pascer, & sacramenta recte administrare. At hic
non est finis Conciliij, sive illud sit generale, sive particulare: sed, si hæresis
aliqua orta fuerit, Ecclesiamque turbauerit, eam tollere; aut si abusus aliqui
egregius in Ecclesiam irreperitur, eundem corrigeret; aut si negotia aliqua in-
cident, quæ totam Ecclesiam attingant, de iisdem deliberaret. Atque hoc
Bellarminus ipse ante cōfessus est, c. 4. §. 5. vbi sex causas assignavit, propter
quas Concilia congreganda sunt: quæ sunt, noua hæresis, schismata inter Pa-
pas, resistencia communis hosti, suspicio hæreticos in Papa, dubitatio de elec-
tione Romani Pontificis, & reformatio generalis abusuum. At hæc omnia
abiis, qui non sunt Episcopi, geri possunt. Nam (vt de prima causa, quam il-
li forsitan dicent ad Episcoporum definitionem pertinere, aliquid dicam) nō
soli Episcopi, sed alii etiam Christiani, Scripturam periti, possunt ex verbo
Dei iudicare de hæresi. Reliquæ vero quinque causæ non requirunt solos
Episcopos, ut patentur Aduersarii. Ita ergo ex ipso Bellarmino constat, Epis-
copos solos non requiri ad aliquid definiendum in Conciliis. 3. Si proprium
Conciliij munus est pascer: tum duo simul erunt cōcumenici pastores, Pon-
tifex Romanus & Concilium. Et tum etiam ipsi Episcopi erunt sibi ipsi pa-
stores. At vero finis Conciliorum non est pascer; sed lites dirimere, canones
præscribere, abusus corrigeret, Ecclesias componere, aliaque facere, quæ ad
pacatum & tranquillum Ecclesie statum pertinent. Hæc vero omnia ab iis
fieri possunt, qui sunt in ordine laicorum. Itaque *commune pastorum munus*
vertitur in disciplina & politia Ecclesiastica. Hoc itaque munus non est recipi-
procum, ut prius illud, quod diximus esse proprium. 4. Concilia cōcumenica
extra ordinem coguntur. At officium pastorum est partim ordinarium, par-
tim extraordinarium: & ad hoc pertinet, interesse Conciliis, ibique ferre senten-
tiam ex verbo Dei: quod etiam possunt præstare ipsi auditoris, iam ante
ab ipso recte instituti. 5. Pascer latius patet quam docere. Cōpletur enim
& amorem tenerimum, quo pastor Ecclesiae debet prosequi suum gregem,
& curam fidelem; & regimen blandum atque mite, quod consistit in præbi-
tione pabuli salutaris, conuocatione dulcissima, & correctione suaui. Itaque
nō pascer aliquo modo est id quod docere. Alio modo dico: patet enim
latius.

Iatius. 6. nō Pascere nō solum competit Episcopo, sed etiam magistratu, qui ab Homero appellatur *magistrum huius*: itemque doctori & directori schola. Ut enim Episcopus est pastor Ecclesiae: ita magistratus est pastor hospiti & ecclesiae, & praeceptor in schola est pastor seminariorum Ecclesiae. Quam ob causam magistratus conuocans Concilium, pascere quoque dicitur Ecclesiam, non docendo, sed prospiciendo, ne capiat illa detrimentum. 7. Pascere vel strictissime sumitur, & significat tantum docere prædicando (hoc enim est præbere pabulum animæ) vel late; atq; ita inter alia significat, heres refutare, abusus in synodo etiam alii præter pastores verbi, seu Episcopos, pascere possunt. 8. Pastores in synodis pascunt, non tam qua pastores, quamqua delegati à suis Ecclesiis; ut ipsorum nomine & autoritate prospiciant gregi Christi. Quare sicut resp. sibi dicitur prospicere, ne detrimentum patiatur, quando legatos suos mittit ad Comitia: sic Ecclesia, quādo pastores suos ad Concilium mittit, prospicit sibi ipsa. 9. Absoluta de religione iudicandi potestas, est solius Dei, loquentis & iudicantis in verbo suo: limitata, hoc est, ad verbum Dei alligata, tum publice tum priuatim iudicandi facultas, communis est pastori bus & auditoribus, sed cum ordine tamen & modo. Itaque Bellarminus ex locis citatis falso conatur Episcopis attribuere absolutam iudicandi & definiendi potestatem, & limitatam detrahere aliis fideli. 10. Pastorum & doctrinorum distincta sunt officia, quia illi docēt verbum, administrant sacramenta, & præsunt discipline in Ecclesia: hi solum docent verbum, & adiutori agunt, vt ne illud corruptelis adulteretur. 11. Nō soli Episcopi sunt pastores: siue angustie sumatur vox Episcopus, ex Pontificiorum vnu. Si verolate, & ex vna Scripturæ, Episcopus & pastor sunt termini conuertibiles, vel potius æquipollentes. Quare si soli Episcopi sunt pastores, profecto neque Episcopi faciunt officium, qui non pascunt gregem apud Pontificios: neque Parochi, quos Curatos vocant, faciunt officium, qui munus faciunt quod Episcoporum est, & multis in locis pastores appellantur. Omnes ergo si sunt pastores censendi, qui pascunt gregem Christi, doctrina & sacramenta. Nam illa Episcoporum distinctio a Presbyteris, non est iuris diuini, sed humani instituti, ex quo in unoquoque per iter olim prima fuerunt attributa vni sacerdoti sive presbytero, qui singuliter sive denotatus Episcopi appellatione: quod institutu postea, accedentibus annis magis ac magis sive prorogatum. Sed nos de iure communi diuinoque hic agimus, & libere pronuntiamus, omnibus Presbyteris, qui dabant operam administrationi verbi, ins communem fuisse, vt Conciliis interessent. Ex horum autem numero selecti fuerunt Episcopi; vt sententiam dicenter; exesse autem in decisionibus & consultationibus audiendis alium iubebantur, cum poltulabat & definiebat: hoc est: doctrina & tractationi communi poterant adesse, tanquam auditores, vt in pietate proficerent; scandalorum & offenditionum cognitioni non poterant, quia cetera charitatem esset. Nam veritas cognitio ad omnes pertinet, infirmitatum minime. 12. Solos Episcopos esse pastores, male probatur ex Act. 20. Nam Episcopos dicit Apostolus communi significato, id est, inspectores illius Ecclesiae, puta Ephesiæ. Erant itaque piures Episcopi viuis ciuitatis: at plures Episcopos viuis ciuitatis esse prohibeat Canones Romani. Præterea idem vers. 17. appellantur Presbyteri. Quod si vnu tantum esse debet (vt volunt Pontifici) in una Ecclesia Episcopus, & eius est solius pascere, cur Paulus per omnia plurali numero vnu est in hoc suo *ad Cor. 4.2. ad Presbyteros Ephesi.* 13. Hic locus vel maxime facit contra Bellarminum. Nam si omnes, quorum est pascere, habeant ius definienti in Conciliis, tum Presbyteri habent; quia v. 18. huius capituli Episcopi vocantur, atque etiam *ad Presbyteros, iubentur.* At ille vult, tantum prelatos maiores hoc ius habere. 14. Pascere oves non est proprium officium Petri, sed commune, ad omnes Presbyteros pertinet: vtr. Petr. 5. 1. & Concili Vafensis. 2. Sed concludamus solutionem huius argumenti ista regula: Ad Cœciliū omnes illi conuenire possunt & debent, qui sunt apti ad inquirendum de fide, & moribus. Nam in Concilio fit huiusmodi inquisitio. Itaque ad Concilium non soli Pastores, sed etiam auditores mītri possunt ac debent.

III. Secundum argumentum Bellarmini positum est in veterum testimoniis. Prima Concilia (inquit) in Ecclesia celebrata fuerunt tempore Victoris Papæ, super quæstione Paschatis. De iis sic loquitur Eusebius lib. 5. hist. ca. 23. Oꝝ quam causam conuentus Episcoporum, & Concilia per singulas qualiter protinicias conuocantur. Hæc ille. Qui non quorūmuis eruditorum, sed Episcoporum dicit congregata esse Concilia: quod idem docent Cyprianus in initio Epistola ad Iubaianum, Hilarius lib. de synodis, Ambrosius, aliqui Patres, qui passim asserunt, Concilia Episcoporum esse. Præterea Theodosius iunior in epistola ad Ephelinam synodum, quæ extat in tomoe eius Cœcili, c. 32. Illiciū est, inquit, enim, qui non sit in ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiastis immisceri tractari. Pulchera quoque Imperatrix in epistola ad Strategum Bithyniæ, quæ habetur ante Concilium Chalcedonense, iussit, vt Clerici, Monachi, & Laici, etiā vite pellerentur a Concilio, exceptis paucis illis, quos Episcopi ecclœ duxerant. In Concilio Chalcedonensi, act. 2. euni ad Martinum Archimandritam mitteretur, vt subscriberet, respondit, non esse suum, sed episcoporum tantum subscrivere. Et in eodem Concilio, cum pro Diocesio Monachi & Laici ingressi essent, sepius Patres clamabant: *Mitte foras superfluos, Concilium Episcoporum est.*

IV. Ref. 1. Antiquius Concilium habemus Act. 15. cui interfuerunt non soli Apostoli, sed etiam Presbyteri, & tota Ecclesia. 2. Nomen Episcoporum sine dubio apud antiquissimos Patres accipitur lata significatio: ita vt co tempore dicti sint Episcopi, singuli singularum Ecclesiæ pastores & presbyteri, ex more & confuetudine Scripturarum: v. Phil. 1. 1. & v. 1 Tim. 5. 15. Vbi Apostolus multos viuus ecclesia Episcopos nominat. Ergo per Concilia Episcoporum, intelligit Eusebius Concilia Presbyterorum. 3. Quod si hæc responsio alieni non prooeetur, habeat illam. Dicta veterum indefinita sunt, non vero vniuersaliter aut etiam particulariter posita. Neq; enim dicit Eusebius, aut quisquæ veterum, esse Episcoporum solum. 4. Ex maiori parte communis fit denominatio. 5. Quod Episcopi olim plurimi adserent, nō ideo factum, quod Episcopis essent, sed quod eruditione, & prudentia, & experientia præstat et plerumq; aliis de Presbyterio, vt qui præterea, suffragiis presbyteri, præfecti essent toti Presbyterorum collegio in ecclesia singuli. Nam qui erant ejusmodi, eos ad Conciliageneralia communibus Presbyteri suffragiis mitti, & qui erat & honestius, atq; utilius, quam rudes homines de cœtu, & minus iudicio, eruditione, peritia, gratia, authoritate valentes. Hoc vero tanquam perpetuius, statu Episcoporum Pontificiorum subi

Tom. V.

assumiserunt, sicut & omnem autoritatem Ecclesiæ ac Presbyterii. 6. Olim dicta fuerunt Concilia Episcoporum, vt distingucrentur Conciliis politicis; quia aderant plerique Episcopi, & in illis cause plerumque Episcoporum agebantur; & quia illi maxime idonei erant (vmodo diximus) qui huiusmodi causas tractarent; non quod nulli alii præter Episcopos definiendi autoritatem haberent. 7. Theodosius & Valentinianus ita rescriperunt: *ad ipsius regis tit. 15. cap. 10. n. 2. ad. 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 5510. 5511. 5512. 5513. 5514. 5515. 5516. 5517. 5518. 5519. 5520. 5521. 5522. 5523. 5524. 5525. 5526. 5527. 5528. 5529. 55210. 55211. 55212. 55213. 55214. 55215. 55216. 55217. 55218. 55219. 55220. 55221. 55222. 55223. 55224. 55225. 55226. 55227. 55228. 55229. 552210. 552211. 552212. 552213. 552214. 552215. 552216. 552217. 552218. 552219. 552220. 552221. 552222. 552223. 552224. 552225. 552226. 552227. 552228. 552229. 5522210. 5522211. 5522212. 5522213. 5522214. 5522215. 5522216. 5522217. 5522218. 5522219. 5522220. 5522221. 5522222. 5522223. 5522224. 5522225. 5522226. 5522227. 5522228. 5522229. 55222210. 55222211. 55222212. 55222213. 55222214. 55222215. 55222216. 55222217. 55222218. 55222219. 55222220. 55222221. 55222222. 55222223. 55222224. 55222225. 55222226. 55222227. 55222228. 55222229. 552222210. 552222211. 552222212. 552222213. 552222214. 552222215. 552222216. 552222217. 552222218. 552222219. 552222220. 552222221. 552222222. 552222223. 552222224. 552222225. 552222226. 552222227. 552222228. 552222229. 5522222210. 5522222211. 5522222212. 5522222213. 5522222214. 5522222215. 5522222216. 5522222217. 5522222218. 5522222219. 5522222220. 5522222221. 5522222222. 5522222223. 5522222224. 5522222225. 5522222226. 5522222227. 5522222228. 5522222229. 55222222210. 55222222211. 55222222212. 55222222213. 55222222214. 55222222215. 55222222216. 55222222217. 55222222218. 55222222219. 55222222220. 55222222221. 55222222222. 55222222223. 55222222224. 55222222225. 55222222226. 55222222227. 55222222228. 55222222229. 552222222210. 552222222211. 552222222212. 552222222213. 552222222214. 552222222215. 552222222216. 552222222217. 552222222218. 552222222219. 552222222220. 552222222221. 552222222222. 552222222223. 552222222224. 552222222225. 552222222226. 552222222227. 552222222228. 552222222229. 5522222222210. 5522222222211. 5522222222212. 5522222222213. 5522222222214. 5522222222215. 5522222222216. 5522222222217. 5522222222218. 5522222222219. 5522222222220. 5522222222221. 5522222222222. 5522222222223. 5522222222224. 5522222222225. 5522222222226. 5522222222227. 5522222222228. 5522222222229. 55222222222210. 55222222222211. 55222222222212. 55222222222213. 55222222222214. 55222222222215. 55222222222216. 55222222222217. 55222222222218. 55222222222219. 5522222222222*

deberent, vel nunquam essent Concilia generalia, quia vix possent omnes docti totius Ecclesiae conuocari: vel si tandem congregarentur, esset impossibile regere tale Concilium, propter nimiam multitudinem. 3. Tunc sine dubio plures essent in Concilio inferiores, quam superiores, ac proinde tunc vere vinceret maior sententia meliorem, & in Ecclesia regerentur superiores ab inferioribus, non è contrario, quod absurdissimum est. 4. Si ita esset, tunc facile posset unus Princeps, in cuius regione sit Concilium, definire quidquid vellet. Posset enim facilime colligere omnes Presbyteros & doctos homines sua prouincia, & in Concilium introducere: id quod non possent alii principes, qui longe absentent. 5. Nulla est res publica, quæ ratione naturali docente, non habeat aliquem ordinem in Comitiis, ita ut non quicunque de plebe, sed tantum principes & capita ceterorum, locum & suffragium habeant.

VIII. *Respondo ad 1.* Falsum est, solos Episcopos esse personas Ecclesiasticas: si neceps Episcopus dicitur ex vsu Ecclesiae Romanae. Nam Presbyteri, Diaconi, Abbates, Monachi, Clerici reliqui, denique Cardinales, qui non sunt Episcopi: hi, inquam, omnes sunt personae Ecclesiasticae. Itaque omnes in Concilio possunt esse definitores, si sequantur dictum S. Literarum. Deinde negotia Ecclesiastica alia sunt propria pastorum, ut docere verbum & dispensare sacramenta: alia communia pastorum & auditorum, ut inquireat & dispiceret de veritate alicuius questionis, & Ecclesiae salutem atque tranquillitatem prospicere. Hæc enim non solum ab Episcopis fieri possunt, sed etiam ab aliis, qui sunt prædicti pietate, peritia, iudicio, fide, & similibus donis, quæ in causam momentosis requiruntur. *ad 2.* Non omnes doctos promiscue ad Concilia vocari volumus, sed ex singulis prouinciis seligendos esse aliquos, quos Ecclesia maxime idoneos iudicauerit. Non erit difficile, hos in officio continere. Nam vbi conuenient, moderator aliquis est eligendus, qua de re vide *infrac.* 9. Ita neutrum horum incommodorum eueniet, quorum meminit Bellarminus. *ad 3.* Non debet in Concilium mitti, qui non est aptus: neque a Concilio debet admitti, nisi qui ab Ecclesia designatus fuerit, & literis credentia seu fiducia instructus. *ad 4.* Hæc ratio facit contra Aduersarios. Non minus enim valet contra Episcopos, quam contra Presbyteros & viros doctos; quia eodem modo posset Princeps ille Episcopos omnes suæ prouinciarum colligere, & in Concilium introducere, eosque ad suas partes trahere. Ethic quidem Papæ mos est. Soler enim ille in loco, quem sibi nouit addictissimum esse, Concilia congregare, & homines etiam sibi addictissimos ad hæc Concilia vndeunque conuocare, ut sic multirūne semper vincat. *ad 5.* Et nos quoque in Conciliis ordinem requirimus & multo maiorem in iis cautionem adhibendam esse, quam in Comitiis politicis, dicimus. Non enim permittimus cuivis in Concilium inuolare, & disputationibus suis omnia perturbare; sed omnia & tractatos & disputationes fieri volumus. Itaque hæc absurdâ omnia nihil sententia nostrâ obstant: sed tantum alegamus, siue cœfusione, in agendo oppugnant, quam nos quidem minime probamus omnium. Quare est hic perpetua ignoratio elenchi.

Quare etenim perpetua gloria eternitatis.

IX. *Bellarminus deinceps ca. 17. huic libri questionem proponit de numero Episcoporum, qui Conciliis interessentur. Quare enim, quot Episcopi ad generale Concilium requirantur. Et haec quidem questio ex priori sequi videtur. Si enim Episcopi soli Conciliis interessentur, quod ille affirmat; tum aut omnes Episcopi conuenire debent, aut aliqui tantum. Si omnes; tum nullum adhuc fuit generale Concilium, neque etiam videtur deinceps futurum. At hoc absurdum. Si ergo satis aliquos conuenire, queritur, quam multi requirantur? Bellarminus responderet, hanc questionem non posse melius solvi, quam ex consuetudine Ecclesiae: quam ille quidem ad quatuor conditiones reuocat; de quibus acturi sumus infra c. 9.*

C A P V T VII.

Quisnam debet praesidere in Concilio; nostra sententia.

I. *S*equitur ultima Concilii causa, nempe forma, quæ proculdubio consitit in ordine; & ille positus est in moderatione actionum, & modo agendi. Primo itaq; hic queritur, penes quem sit moderatio actionum, siue præsidentia Concilii, ut vulgo loquimur. Vbi nostra sententia est, ordinariū præsidem Conciliorum generalium esse Imperatorem, vel alium principem Christianum aut aliquem à summo magistratu missum; vñ isto deficiente, aliquem ex Episcopis vellaicis eminentioribus, commutat aliorum consensu, ad officium hoc extraordinarie gerendum, electum. Semper autem vtile, imo & necessarium esse, ut præsidi politico adiungatur Ecclesiasticus. Itaq; duplēcēm præsidem requiri mus: alterum primarium, puta principem politicum, qui ad vniuersam actionem moderandam adhibeat; alterum secundarium, videlicet unum ex Ecclesiasticis, qui causis mere spiritualibus ordinem ac modum externum præscribat. Posunt tamen etiam duo, tres, vel plures præsides Ecclesiastici, si necesse sit, adhiberi.

prædictis Ecclesiasticis, in his ceteris, admiserit.

II. Hanc sententiam confirmant ratione, & praxi Ecclesiæ præse. *Ratio* hæc est. In Concilio generali est ordo spectandus, & causa. Actus ordinis est plane politicus, & causa Ecclesiastica. Itaque magistratum summum oportet esse præsidem, ad ordinis humani conseruationem: ad res vero fidei & Ecclesiæ, id est, ad ipsam causam, præsidem electuum, nempe Ecclesiasticum. Dico electuum. Nam quia Concilium generale actus est extraordinarius, nonnisi in gravissimis vniuersitate Ecclesiæ causis conuocandus; ideo extra ordinem pro re nata de præside Ecclesiastico videndum est. Nam quia omnes Episcopi, siue pastores, sunt pares, neque inter ipsos aliquis iure diuino est ecumenicus, oportet communis totius Concilii suffragio aliquem eligere, qui disceptatione præfit, proponendo ea quæ tractanda sunt, sententias interrogando, suffragia colligendo, decreta synodica concipiendo, & ea concepta proponendo Patribus Concilii, denique illam approbata nomine Concilii promulgando. Quod attinet ad præsidem politicum, ille ordinarius est: quia videlicet summus magistratus, ut supra vidimus, est princeps ecumenicus, quatenus est vel unus reipublica, ut olim Imperator, vel confensione, ut hodie potest esse Imperator, vel alius Princeps Christianus. Huius autem præsidis officium est, Concilium a se conuocatum regere & defendere, hoc

est, curare pacem internam & externam Concilij, atque adeo rixantes coercere, vocatos adesse cogere, decreta à maiori & meliori parte approbare, approbata publico editio sancire & seruari curare, edicta denique non obseruantes punire. Quæ omnia cum sita politica, & requirat potestatem coactuam, merito deferuntur & relinquentur magistratui politico, eiusue legato. Quod si vero magistratus non fuerit Christianus, vel Concilia non cureret; tū in priori quidem casu Concilium generale haberi non potest; in posteriori autem ex totius Concilii consensu unus est eligendus, qui ita omnia cureret. Hinc porro liquet, nos hic non agere de summo Conciliorum præside, qui est Christus per Spiritum sanctum in Scriptura nobis loquens: sed de ministeriali, quem diximus alium esse primarium, nempe summum magistratum, alium secundarium, puta electum aliquem ex Ecclesiasticis. Vtriusq; autem huius præsidis munus non est, nec essentiam Patribus coactis imponere, sic vel aliter de rebus propositis pronuntiandi: sed tantum res agendas propone, libera singulorum suffragia rogare, ordinem ac decorum in tota actione præscribere, omnem insolentiam & immodestiam coercere, denique sua autoritate totum conuentum, iuxta leges præscriptas, moderari. Sed concludamus hoc argumentum. Illius est præsidere Concilio œcumenico, cuius est illud conuocare. Atqui, non Papæ, sed summi magistratus, est conuocare Concilium œcumenicum. E. Deinde quia in Concilio tractantur res pertinentes ad Ecclesiam, recte summo magistratui adiungitur, vel potius subiungitur, præses Ecclesiasticus.

III. *Praxis Ecclesie* hanc sententiam confirmat. Et, ut hinc ordiar, pii duces & reges in V. T. tanquam custodes vtriusque tabulæ præfuerunt conuentibus Ecclesiasticis: vt Moses, Iosua, Daud, Salomō, Ezechias, Iosias. Quos imitatis sunt pii principes in N. T. Nam *Concilij Nicenij I.* præses politicus fuit Constantinus Magnus: Ecclesiastici vero præsides fuerunt Eustathius Antiochenus & Macarius Hierosolymorum Episcopus. De Constantino Magno ipsem Melchiades Papa in *Iure Canonico, caus. 12. q. 1. capitulo Fururam* testatur his verbis: Idem (Constantinus Magnus) vero præsidens in sancta synodo, quæ apud Nicæam congregata est. Et *Eusebius lib. 3. de vita Constantini M.* acta ei illa tribuit, quæ sunt præsidis Concilij. Nam admodum Imperator omnes officijs, ex Scripturis diuinis inspiratis quæstiones controuersias explicare iussit, & ad concordiam mortatus est, his verbis: Tum autem mihi vita contigerit ex oto, si videbo consensum atque conuenientiam animorum, ut in pacis & concordia omnia diligenter concensem. Vos manus iaudatores esse oportuit, qui consecrati Deo estis. Rem igitur, amici, ne protrahite, causam discordiae inde iam tollere incipite, quoniodo ministros Altissimi oportet, nodum pacis noxiun resolute. Quod à Deo constitutum est, hac vna ratione institeritis, & mihi gratum præcipue feceritis. His Latine dictis vsus est interprete, suamque rationem Concilij præfectis explicauit. Quo initio partim accusare proximos, partim querelis admixtis scelē purgare. Hæc vtr oblique primum dicta, quamuis oblique, magna que totius negotii obscuratione, tamen benigne patienterque audiuit, & intentionem singulorum pedetentim accepit. Atque vices alternans ab his cum modo staret, nunc contra faueret illis, adduxit paulatim contente alterantes. Nam alloquens vnumquemque Graec (cuius eloquii non erat expersus) atque modice, suavis ille quidem & dulcis est habitus: hos persuasos, exoratos alios, aliosque laudatos, omnes impellens ad concordiam. Vsquedum vna mente & sententia, de quibus antea controuersum erat vti confirarent, vti fides vniuersa minime discors, vti vnum tempus apud omnes esset, in Paschate percuruit. Atque hæc sunt verba Constantini M. apud Eusebium: quid l. ait, poltquam Imperator perorasset, sermonem deinceps concessisse τοῖς ἦν σωστὸν τροποῖς. *Concilii presidibus*, nempe Ecclesiasticis: qui quales fuerint, indicat Nicetas lib. 5. theauric cap. 6. his verbis: Iis qui ad Concilium conuenere, præfuerunt Macarius Hierosolymorum & Eustathius Antiochenorum Pontifices. *Theodoreetus* quoque lib. 1. hist. cap. 7. nominat Eustathium Antiochenum. Et *Nicephorus Callistus* lib. 8. hist. Eccles. cap. 16. narrat, quod ille primam sedem in dextro ordine tenuerit, & primus nomine synodi Imperatorem allocutus sit. Hisce duobus alii adiungunt tertium præsidem, puta Hosium: qua de re vide cap. seq. Et *Photius Epist. ad Michaelem Bulgaria principem*, ait, præfuisse Alexandrum Constantinopolitanum. Sed pergamus ad alia Concilia.

IV. Concilii Sardicensis præfides Ecclesiastici fuerunt Hosius Cordubensis Episcopus, & Protagenes: vt author est Sozomenus lib. 3. cap. 11. Porro secundi Concilij generalis, seu Constantiopolitanus I. præfes politicus fuit Imperator Theodosius: vt est apud Theodoretum lib. 5. hist. Eccles. cap. 7. Ecclesiastici vero præfides fuerunt Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hierosolymitanus, & Nectarius Constantiopolitanus, Episcopi: vt testis est Photius Patriarcha Constantinopolitanus in Epist. ad Michaelem Bulgaria principem tom. 1. Conciliorum. Romanus vero Episcopus ne interfuit quidem, nec per se, nec per legatos suos. Tertii Concilij generalis, quod fuit Ephesinum I. præfes politicus fuit Theodosius Iunior per suos legatos: præfides Ecclesiastici fuere Cyrillus Alexandrinus, Memmo Ephesius, & Iuuenalis Hierosolymitanus, Episcopi, vt docet Photius Epistola superiore. Hos Acta Concilii subinde vocant επιστόλες & τεγέδες. In scripto ad Theodosium & Valentinianum Augustos ter sunt repetita hæc verba, επιστόλαι τε τεγέδες τενίσατε, præfides nostri synodi. Et in Codice Justiniane lib. 1. tit. 8. cap. 8. ita scribitur: Ephesina synodus cui beatæ memorie Cyrillus præfuit. Quod ipsum testatur Leo Magnus Epist. 45. qua cl ad Synodum Chalcedonensem.

V. Quarti Concilii generalis, quod fuit *Chalcedonense*, præses politicus fuit Martianus Imperator per viros Consulares, quo siudices ipse constituerat: vt Acta Concilii testantur, & *Eusagrius lib. 2. c. 4.* Ecclesiastici præfides fuerunt Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, Paschasius, ac Lucentius, Legati Romani Pontificis, itemque Maximus Antiochenus, & Iuuenalis Hierosolymitanus Episcopus: vt testatur *Photius l. d.* In eiusdem Concilii actione prima vicarius sedis Romanae Paschasius cū suis collegis non præsidem, neque iudicem egit in causa Dioecori Alexandrini, sed actorem; præsidentiam vero exercuerunt glorioissimi iudices & amplissimus Senatus: vt videre est *tom. 2. Conciliorum pag. 15.* Adhæc Concilii oecumenici quinti, quod fuit *Constantinopolitanum II.* præses Ecclesiasticus fuit initio Menas Episcopus Constantinopolitanus, eoque mortuo, vt restatur

LIBER TERTIVS CAP. VIII.

135

Nicephorus l.17. c.20. Constat etiam ex Actis Concilij, Vigiliu[m] Episcopum Romanum, tum adfuisse Constantinopolis, cum cogeretur Concilium, & rogatum à Patribus Concilij ut velle cœtu[m] interesse atque communem deliberationem de capitibus ab Imperatore propositis adiutare. Sed recusauit adesse cœtu[m] Vigiliu[m], quod nollet propter Eutychium sedere, ut author est Nicephorus. Sed vna cum Constantinopolitanis Episcopo præfuerunt synodo Apollinaris Alexandrinus, Domnus Antiochenus, & Didymus atque Euagrius Eustochii Hierosolymitani Episcopi vicem gerentes: vt docet Photius Epist. Ad extremum Concilij sexti ecumenici, quod fuit *Constantinopolitanum III.* præses fuit Constantinus Imp. Sic enim habet Actorum initium in 2. tomo Conciliorum pag. 901. 902. In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, imperantibus Deo coronatis &c. præsidente eodem p[ro]fesso & Christo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sancti palatii, quod appellatur Trullus. Idem repetitur in aliis actionibus, in quibus etiam hæc frequenter iterantur, *Constantinus p[ro]fessus Imperator dixit:* ipse enim moderabatur actionem. Adiunxit autem sibi Imperator Senatoris tanquam consiliarios, de quibus reperias in iisdem Actis hæc verba: *Gloriosissimi Iudices & Senatus amplissimus dixerunt.* Ecclesiastici vero præsides fuerunt Georgius Constantinopolitanus Episcopus, Theodorus & Georgius Presbyteri vna cum Iohanne Diacono, legati Agathonis Romanorum Episcopi, Petrus Monachus loco Alexandrinus, & Georgius Monachus idemque Presbyter loco Hierosolymitani Episcopi: ut author est Photius.

V. In summa, primorum Conciliorum ecumenicorum præses non fuit Papa Romanus: vt *Nicolaus Cusanus Cardinalis l.3. c.16.* de concordantia Catholicarum &c scribat: In vii uerbalibus octo Conciliis, vbi Imperatores interfuerunt, & non Papa, semper inuenio Imperatores & Iudices suos cum Senatu primatum habuisse & officium præsidentia per interlocutiones, & ex consensu Syndici, conclusiones & iudicium fecisse. Hinc itaque efficitur, si Romanus Episcopus primorum Conciliorum ecumenicorum præses non fuit, vel saltem solus, & cum summa potestate atque autoritate non fuit, cum ipse reus non esset, multo minus nunc præsidem esse debere, cum à maxima Christianitatis parte, variarum heresium & multorum criminum reus agatur, imo & peragatur. Sed audiamus, quid Bellarminus excipiat ad nostrā hanc inductionem historicam.

VII. *Ad exempla V.T. à nobis allata, responderet ista duo.* 1. Mosen non solū principem, sed etiam summum sacerdotem fuisse: vnde *Psalm. 98.* appellatur sacerdos: Iosuam vero, Dauidem, Salomonem, & aliquos alios non solū reges, sed etiam prophetas fuisse, quibus Deus quædam extra ordinariae committebat, quæ alioquin ad sacerdotes ex officio spectabant. 2. reliquos reges se nunquam miscuisse in negotiis spiritualibus; & si quando se miscuerunt, punitos esse, vt patet 2. *Paral. 2.6.* Et ideo Iosaphat voluit esse distincta munia politica & Ecclesiastica, 2. *Paral. 19.* Quod autem dicitur, reges esse custodes diuinæ Legis, id concedi. sed hinc non effici, eosdem esse interpretes Legis. *Respond. 1.* Moses non fuit sacerdos. Neque hoc probari potest ex *Psal. 98.* Dauid enim hos non dicit hoc in loco fuisse sacerdotes; sed hos in *sacerdotibus*, id est inter sacerdotes, vel sacerdotibus iunctos, inclamuisse Iehovam, & exauditos esse. 2. Vt in omni officio, ita quoque in sacerdotio sunt quædam communia & singularia. Quæ ad sacerdotes ex officio spectat proprie ac singulariter, ea nunquam alii commissa fuerunt, ex quo ordo fuit à Deo institutus: quæ vero communia, cur non æque rex aut propheta, vt sacerdos fecerit? 3. Iosua, Salomo, Ezechias, Iosias, nō fuerūt prophetæ. 4. P[ro]i principes etiam sunt interpretes legis diuinæ, licet non Ecclesiastica interpretatione, tamen vt Christiani communiter, & iudices singulariter. 5. Ignoratio elenchi: quia præsidentiam politicam concedimus Principijs in synodo, Ecclesiastica non item.

VIII. *Ad exempla historia Ecclesiastica, à nobis allata, responderet partim negando, Imperatores præsedisse; partim affirmando, Pontificem præsedisse per legatos; partim concedendo, præsedisse quidem nonnunquam Imperatorem, sed non vt iudicem controversiarum fidei, verum vt vindicem. Sed hæc sigillatim persequemur cap. seq. Vide quoque Chamierum tom. 2. l. 13. c. 12. vbi hoc argumentum tractatur obiter.*

C A P. VIII.

Cuius sit præsidere in Concilio generali; sententia Papistarum.

I. Ad summum Pontificem iure pertinere præsidentiam in Conciliis generalibus, *Bellarminus l.1. c.19.* probat tribus argumentis: & primo quidem ratione ex Scripturis petita. Summus Pontifex est pater & pastor universæ Ecclesiæ, adeo vt etiam Episcopi & Principes omnes, respectu summi Pontificis, oves & filii dicantur, vt notum est ex illo Iohannis ultimo, *Pascue meas.* Et confirmatur ex eo, quod Concilia vocat Pontificem patrem, & ipse vocat Episcopos in Conciliis congregatos, aliquando filios. At quis quælo ambigere potest, vtrum patres filii, & pastores ouibus præsidere debeant, an filii patribus, & oves pastribus? *Respond. 1.* Cura pascendi non soli Petro, sed reliquis etiam Apostoli a Christo fuit demandata: vt patet ex collatione *Iob. 21.* cum *Matth. 28. v.19. 20.* & in primis cum 1. *Petr. 5.2.* vbi omnes Episcopi iubentur pascere gregem Domini. Ergo si hæc ratio firma sit, alii omnes Apostoli Concilii præsidere debent, perinde ac Petrus. 2. Pontifex Romanus non est pastor amplius, sed impostor. 3. Papa aliquando à Conciliis & aliis Episcopis appellatur Pater, quia vir primarius erat, & quia eius cura, amor, ac solicitude erga Ecclesiam longe lateq[ue] patrebat. Sed ex eo non sequitur, ipsum fuisse omnium Episcoporum præsidem ordinarium in Conciliis. Nam & alii Episcopi (vt Athanasius) & patres & Papæ olim appellati sunt: videlicet respectu ordinis, officii, vel etiam artatis. 4. Patriarchæ appellabantur illi quidem Patres Patrum: sed hinc non efficitur, illos fuisse pastores ecumenicos. Ita enim vocantur respectu aliorum Patrum, id est, Episcoporum. 5. Nihil potest cōcludi ex figurato, partim humili, partim honorifice loquendim modo. Nā inde partim abiectione animi in principib[us] & aliis Episcopis, partim dignitas officii, partim deniq[ue] ambitione Episcopi Romani colligitur. Ni-

Tom. V.

mirum regi & principi, etiā summo, potest esse animus humillimus, integræ dignitate & autoritate officii; & dignitas muneris Ecclesiastici potest extolliri in homine Spartam istam recte ornanti; & ambitio Romani Episcopi potest colligi ex eo, quod alios honorifice ipsum appellantes, non patiter, vt debuit, allocutus est, sed inferioribus nominibus compellavit. 6. Recte dicit Bellarminus, Papam Romanum aliquando Episcopos appellasse filios. Nam Papæ antiqui hoc non fecerunt. Damasus hoc fecit in literis ad Concilium Constantinopolitanum. Vocat enim Patres illius Concilii, *v[er]e p[ro]mota[ti]vus, filios honorissimos.* Sane fatis ambitione. Nam Patres illius Concilii in literis ad Damasum misis, non vocant illū *p[ro]p[ter]e patrem*, sed *ad ipsa p[ro]p[ter]e frater* & *in ministerio collegam.*

II. Secundo Bellarminus probat suam thesin ex Concilio Apostolico, *Act. 15.* in quo Petrum præsedisse affirmat. *Hieronymus Epist. ad Augustinum;* & id ex eo colligiat, quod Petrus primus surgit, primus loquitur, primus questionem definit, & omnes, vt Hieron[u]s dicit, eius sententiam sequuntur. *Reff. 1.* Crimen falsi committitur in loco *Act. 15.* & ipsius etiam Hieronymi. Nam *Act. 15.*: nulla Petri, sed aliqua potius Iacobi *parte* indicantur. Nam etiā Petrus substantiam sententiae enuntiauit: tamen tota illius oratio per modum communicationis & monitionis Christianæ apud disceptates est habita: cuius virtute illi contradicentes ita fuerunt victi vt omnes conticuerint, & Barnabam Paulumque audierint. Cum itaque iam in re ipsa summus omnium consensus esset: Iacobus, præses confessus, ex re præcente sumens argumentum, id vnum in consilium misit, quæ ratio cum absentib[us] fratrib[us] in hac causa ineunda esset: quam vbi explicuisset, omnes in eius sententiam iuerunt pe-
dibus, licet non corrogatis ex ordine singulorum sententiarum. Sic finita eius oratione subiungit Lucas: *Tunc placuit Apostolus & presbyteris cum tota Eccles.* &c. 2. Etiam si demus, Petrum præfuisse illi Concilio, quid hoc ad Papam? Nam si præfuit, ex consensu reliquorum præfuit. Quo itaque iure Pontifex est perpetuus præses? Verba Hieronymi ita sonant: *In sententiam eius (Petri) Iacobus Apostolus, & omnes simul presbyteri transferunt: id est, Petrus non præses fuit (nam præses non dicit primus sententiam) sed princeps sententiae, vt Latini vocant.* Etsi haec suam sententiam Petrus non dixerat sententialiter (vt loquuntur) sed per monitionis & disceptationis modum cū dissentientibus communicans. Alioquin illi non Petrum, sed verbum Dei secuti sunt, nam etiam oltorem fecerit (vt in proverbio dicitur) si primus inter eos sententiam veritatis extulisset. 4. *Lyranus in hunc locum ait,* hoc tributum esse Iacobos, vt determinatione proferret, quod illius Ecclesiæ Episcopus esset. Itaque etiam Apostolorum, in illa Ecclesia pro tempore degentium, fuit Episcopus. 5. *Dionysius Carthusianus in Act. 15.* diserte scribit: Iacobum huic Concilio præsedisse. 6. *Patres Concilij Basileensis* arguebant, Papæ legatos non oportere præsides esse, quod nusquam legatur, Petrum in Concilio præsedisse. 7. *Iohannes de Turcremata*, etiā Papæ autoritatem accrimine defendit: tamen fateretur, nulquam expelle & formaliter legi, quod B. Petrus præsiderit in Conciliis celebratis per Apol[ostolos] libro 3. capite 24. 8. Ut in Apol[ostolorum] collegio prima ferme data fuerunt Petro propter atatem, vt ait Hieronymus, item propter zelum & alia dona: tamen in hoc Concilio *parte* fuit Iacobi, quod esset Hierosolymæ Episcopus.

III. Tertio sententiam suam confirmat Bellarminus ex Actis octo Conciliorum generalium: nam quod in aliis Romanus Pontifex præfuerit, etiam aduersari fatentur. *Respond. 1.* Quod si demus hoc Bellarmino; non tamen sequetur, hoc illius perpetuum ius fuisse: quia voluntati horum Conciliorum id potius tribui potest, quam vili necessitat[i]. Si voluerunt Episcopi in illis Conciliis congregati eum præficere: vel vt primum patriarcham, vel quod donis quibusdam reliquos antecelleret; num ex eo sequetur, iure diuino & perpetuo (hæc enim est nostra quæstio) hoc ad illum pertinere. Nequaquam. Nam ex facto non recte concluditur ius. 2. Negamus, Papam in octo generalibus Conciliis præsedisse. Sed videamus, quomodo affirmatum suum probet Bellarminus.

IV. Deprise Concilij Nicæni quatuor sunt opiniones. Aliqui volunt præsedisse Imperatorem, vt Brentius: alii Eustathium Antiochenum, vt Magdeburgenses: alii Athanasium, vt Caluinus: alii denique Hosium Episcopum, Vitum ac Vincentium Presbyteros, legatos Romani Pontificis. *Prima opinio* est falsissima. Nam in primis Constantinus post omnes Episcopos subscriptit: ac præses primo loco subscriptit. Deinde, Constantinus non auctor est sedere, nisi in sede humiliori, quam essent Episcoporum, & annuentibus Episcopis. Præterea, Constantinus in ipso Concilio professus est, se debere ab Episcopis iudicari, eisque subiectum esse, non præpositum &c. *Quod Eustathius* non fuerit præses, probatur primo, quia in subscriptione Eustathius non inuenitur primus, nec secundus, nec tertius, sed inter alios inferius positus. Secundo quia cum esset in Concilio Alexander Alexandrinus Episcopus, Antiocheno maior & dignior, nulla ratio sinebat, vt ipse præcederer. Quod vero Athanasius non fuit præses, vix egit probatione: solus enim Caluinus, & sine vila ratione id asserit: & præterea constat, Athanasium tunc fuisse diaconum, & iussit ad Concilium cum Episcopo suo Alexandro, & nec sedisse, nec subscriptisse. Quod ergo præsides fuerint legati Romani Pontificis, Episcopus Hosius, Vitus & Vincentius Presbyteri, probatur primo ex subscriptionibus. Hi enim tres primi omnium subscripti sunt. Secundo ex Cedreno & Photio, qui dicunt Sylvestrum per suos legatos Concilio Nicæni authoritatem contulisse. Tertio ex Athanasio in epist. ad solitariam vitam agentes, vbi dicit, Hosium principem fuisse in eo Concilio, & compoisse symbolum, quod dicitur Nicænum. Cum autem Hosius fuerit simplex Episcopus, & proinde inferior omnibus Patriarchis, sine dubio nunquam habuisset primum locum, nisi viceum gessisset Romani Pontificis. Ita Bellarminus.

V. Respond. 1. Constantinus ordinis humano præfuit, licet causæ non præfuerit, neque iudicium in consilio tulerit; vbi Christus solus est iudex per Scripturam suam in Spiritu, homines sunt ministri. Quapropter oportet distinguere præsidium sive præsidentiam, quod sit aut ordinis humani, aut actionis Ecclesiastice in Conciliis generalibus. Ordinis humani præsidentia ad summum magistratum pertinet, non ad quemquam Ecclesiasticum, nisi forte magistratus illū subi[st]it. Actiones vero Ecclesiasticae in illis Conciliis præsidentiam duplē desiderant: vniuersale, totius Concilii, & particularem, regionū ad illud Concilium conuenientiū. Vniuersalis præsidentia, quia extra ordinem est, electione in legitimis Conciliis fuit olim

M. a

att. 2

attributa, quemadmodum Hosius Cordubensis e.g. electus est, qui præcesser Concilio Nicæno primo. Particularis vero fuit ordinaria. Itaque Romanus Patriarcha in Conciliis œcumenicis præcerat occidentalibus Ecclesiis, suffragia earum colligebat, & in commune conferebat, & sub eo item suo ordine Metropolitanus, meridianus, Alexandrinus, orientalibus, Antiochenus, septentrionalibus, Ponticis, &c. Constantiopolitanus: Hierosolymitanus primum fuit honorarius; sed post aliorum exemplo pomœria sua dilatauit. 2. Plures interdum præsides Ecclesiastici in Conciliis œcumenicis fuerunt electi. Nam ut cap. superiori probauimus, in sex Conciliis œcumenicis plures semper electi fuerunt. Nimurum illi è multis fuerunt electi, qui prudenter & doctrina reliquis præerent, totamque synodum vel per vices, vel communis opera regerent. Inter plures tamen illos præsides unus excelluit, qui absolute fuit præses. Neque enim synodo potuerunt vniuersae plures præesse. 3. Non sequitur: Constantinus post omnes Episcopos subscriptis: ergo non præsedit. Nam etiam interdum exacta subscriptione singulorum, non sine graui causa, postremus solet subscribere. Sed tamen non pugnat ista, nam aliud est præses actionis, aliud ordinis. Præses actionis, Hosius Cordubensis, primus subscriptis: Constantinus vero, ut præses ordinis, & viñdex executionis, ultimus subscriptione sua autoritatem suam obseruatione actorum spondere voluit, & velut obsignare. Hæc res in priscis illis Conciliis, etiam nationalibus Galliæ & Hispaniæ, maxime obseruari potest. Quanquam alij putant, hoc modestia causa factum esse. 4. Fuit quidem sedes Constantino humilis, certo consilio curata, ne infidere tribunalit iudex videretur: sed non humilior, quam Episcoporum. Et annuentibus Episcopis sedet, veruntamen omnibus ad unum stantibus, donec Imperator subsedisset. Hinc Eusebius ait: Non prius, quam Episcopi annuisserint, sed: idemque fecerunt omnes post Imperatorem. 5. Constantinus professus est, se Episcopis non præesse in rebus fidei arque iudiciis: at hinc non sequitur, ergo nullo modo præfuit. In causa quidem fidei nec præfuit, nec præesse voluit: hic enim solus præest Dominus. In ordine vero præfuit, & causis æneis, adeo ut rixas multiplices quæ inter Episcopos primum sunt excitatae, sua autoritate sedauerit: ut referunt Eusebius, Gelasius, Ruffinus, alii. Atque hæc fuit sententia Ambrosii, & Athanasii, quos citat Bellarminus. Solent hanc rem illustrare simili è triuiss petito. Si in corpore sive collegio sutorum aut sutorum grauius controversia nascitur, propter quam extra ordinem alia collegia aliunde ad rem iudicio certo dirimendam opus sit adhiberi; tum magistratus summus ac publicus ordinis præest, corpus articulatum de rebus iudicium facit sub præsidio ordinis publici. Itidem in Ecclesia accedit. Concilium generale conuentus est extraordinarius in sacris: cuius ordinem summus magistratus politicus ex officio curare debet; rem vero Deus summus iudex definit per Scripturas, seruorum suorum ministerio: ordinis curam magistratus præstare debet, rerum sacrarum definitionem corpus seruorum Dei secundum Scripturas. Neuter bona fide cum fructu inuolare potest in alienas partes, neuter suas negligere. 6. Eustathius præfuisse, probauimus cap. præced. ex Niceta & aliis. Nec sequitur: in subscriptione non inuenitur primus: ergo non præfuit: quia secundum prouinciarum ordinem leguntur subscripti. Neque hoc sequitur: in Concilio erat præsens Alexander Alexandrinus Episcopus, Antiocheno maior & dignior: ergo nulla ratio sinebat, ut hie præcederet. Nam imprudens fuisset atque importunum factum, si Alexander Alexandrinus præfuisse; tum quia grauius & diurna ipsi cum Ario fuerat contentio, de quo instituti cognitionem oportebat, tum quia Libyes & alii studentes Ario vocabant in dubium ipsius authoritatem, ut ex canone 6. ipsius Concilij constat. Præterea nec illud sequitur, si Alexandrinus fuit prior confessus ordine, ergo Eustathio Antiocheno maiorem & digniorem extitisse. nam etiam plurimum in Conciliis attribuebatur Episcopis sedes pro ratione temporis, quo erant functi ministerio, ut in Ecclesiis Canonicalibus solet obseruari. 7. Alia fuit confessus ratio, cum Imperator aduevit primum, nondum electo & constituto præside: alia postquam præses fuit institutus. Primo Imperatoris aduentu, qui ad summam mensam consedit loco dignissimo, assidebat mensa patriarchali in mesaulio hi à dextris, illi à sinistris. Ac legatio quidem Romani Pontificis cum Alexandrino à sinistra Imperatoris assedit mensæ, Eustathius vero Antiochenus & Macarius Hierosolymitanus ad dextram. Postquam vero Hosius fuit præses actioni dictus, hic tum demum ad summam mensam assedit Imperatori proximus ad dextram ipsius. Eustathius itaque non fuit princeps aut præses Concilii simpliciter, ut Hosius: sed sub Hosio fuit præses, id est, condirector. Fuit quoque Princeps habenda orationis apud Imp. communis Concilij nomine. 8. Quod occurrit apud Caluinum, præfuisse Athanasium, est oportet, sive uniusq[ue] authoris, sive typographi. Quam facile enim scribi potuit Athanasius, pro, Hosius? 9. Constantinus præfuit ordini publico: Hosius, actionis synodali, non delegatione Romani Pontificis, de qua nihil apud præfatos illos authores extat, sed libera electione totius Concilij, ex Constantini voluntate: Virtus vero seu Victor, atque Vincentius, legati fuerunt Romani Episcopi Sylvestri, & Iulii Choropiscopi: neque actionibus synodi præfuerunt, ut Hosius, sed tantum parti suburbicaræ, ut Ruffinus vertit, hoc est, Patriarchatus Romani Ecclesiis. Atque hoc est quod Theodoreus lib. 1. hist. cap. 7. dicit: Romæ vero Episcopus propter senectutem prouectam abfuit: sed amandauit duos presbyteros, cum dedisset mandata ut assentirentur iis quæ fierent. 10. Hosius, Virtus & Vincentius primo loco subscripti: sed ratione differente. nam Hosius subscriptis tanquam præses actionum synodistarum; Virtus vero & Vincentius, tanquam ablegari a Romano, tanquam prima sedis Episcopo. 11. Photius & Cedrenus testantur, legatos Romani Pontificis, Sylvestri & Iulii, Vitum atque Vincentium, non solos, & toti actionis synodicae præfuisse, sed coniuncte cum aliis Episcopis Patriarchalibus; ac proinde non toti actioni omnium, sed patriarchatus sui Ecclesiarum actioni præfuisse. Hosius toti conuentui simpliciter præfuit; patriarchæ, aut legati ipsorum, præfuerunt toti conuentui, post Hosium, communiter; & seorsim suo quique conuentui. 12. Primus locus aut est ordinarius, aut extra ordinem in Concilio datus. Ordinarius est Romani Pontificis locus inter Patriarchas, ex quo etiam prima sedis Episcopus appellatur, dist. 99. cap. prima sedis. Atque hic suo tantum patriarchio præcerat ordinarie. Locus vero primus extra ordinem per electionem liberam totius conuentus ad eum pertinebat, qui præfesse actioni Concilii totius iubebatur, eamque moderari; neque durabat extra

actionem illam. In hunc modum Concilio Nicæno præfuit Hosius: qui si vicem gessisset Romani Pontificis, Patriarchio solum illius præfuisse: non præfuit autem Patriarchio, sed Concilio toti extra ordinem, ad præsentem actionem illius. 13. Hosius præsedit isti Concilio; quia eti simplex esset Episcopus, puta Hispanus: tamen fuit vir celeberrimus, doctissimus, grauissimus, sanctissimus; & eam ob causam isto honore affectus. 14. Hosius non subscriptis, vt legatus, sed vt Episcopus suo nomine. 15. Omnes Patres, & in primis Patriarchæ, Concilio isti autoritatem tribuerunt, non solus Episcopus Romanus.

V. Pergit Bellarminus, & ait in secundo Concilio generali, videlicet Constantiopolitano I. non præsedit Imperatorem, sed tantum misse ad Episcopos literas Romani Pontificis, quibus ad Concilium conuocabantur. Præsedit autem Nectarius, Episcopus Constantiopolitanus: cuius rei causa est, quia Pontifex Romanus non interfuit, nec per se, nec per legatos. Pontifex enim Damasus conuocaberat quidem Episcopos orientis Constantinopolim, sed ex eo loco postea volebat eos Romanum venire, vbi ipse coegerat synodum Episcoporum occidentalium, ut Romæ fieret plenissimum Concilium. Ceterum orientales excusauerunt se iustas ob causas, & coniunxerunt se animis & sententiis cum occidentalibus, non autem præsentia corporali. Quod autem, si Damasus adfuisset, sine dubio præfuisse, patet ex Epistolis vtrinque scriptis, vbi illi Damasum, ut caput suum agnoscunt, & ipse filios eos vocat.

Respondeo. 1. Falsum est, non præfuisse Imperatorem. Scribit enim Theodoretus lib. 5. cap. 7. Theodosium interfuisse, & cum omnes Episcopos humanissime salutasset, rogauisse, vt deliberarent de rebus propositis. Consule etiam Nicephorus hac super re. 2. Theodosius misit quidem literas Damasi Rom. Pontificis, sed non solius: erant enim communes literæ Damasi ipsius, & Aquileiensis synodi, quibus Concilium Constantiopolis haberi petiverant, & etiam fuit habitum. Ac postulauit quidem Damasus cum Aquileiensi synodo: sed Theodosius Imp. primo quoque tempore synodum Episcoporum in locum vnum conuenire iussit, ut sunt verba Nicephori lib. 12. cap. 10. Postea vero mutato consilio, sive Gratiania auctoritate, sive Romani Episcopi & aliorum arte, cum iam conuenissent Constantinopolim Episcopi, Romæ Concilium indictum est, quod ex antegresso vtriusque partis consensu & occidentalium ipsorum postulato Constantinopoli haberi oportuerat. Tum vero vt fratres à fratribus, non autem à Damaso Romano solum, rogatu, ac non mandato vocabantur. 3. Falsum est, quod Damasum agnoverint caput suum. Quod autem Damasus filios vocat, id alii ambitioni eius tribuunt, alii a-

VII. De Concilio Ephesino primo vehementer iactat Bellarminus, non præfuisse Imperatorem, sed Romanum Pontificem per suos legatos. Quod non Imperator, aut aliquis eius nomine præsederit, dicit patere ex Epistola Theodosii Iunioris ad synodum Ephesinam; vbi dicit, se misse Candidianum Comitem ad Concilium, non vt miseret se quæstionibus Ecclesiasticis, sed ad Synodi defensionem. Quod Romanus Pontifex Celestinus præsederit per legatum suum S. Cyrilum, testantur omnes historiaci apud Bellarminum.

Respondeo. 1. Satis est, quod Bellarminus fatetur, Candidianum ab Imperatore missum esse, ad synodi defensionem. Præsedit itaque Imperator humano ordini per suum legatum. Id patet ex literis Theodosii & Valentinianni, vbi interalia haec occurunt: Quoniam vero etiam curri ex officio decentem & m[od]estam & tranquillitatem contemplationi vel discussioni sanctissima vestre Synodi oportebat, ne hoc quidem prætermisimus, vt ipsi ex omni parte vacuitas à turbis existet &c. 2. Cyrus per se præfuit actioni synodicae de communi synodi sententia atque Imperatoris commendatione, delegato per totum confessum officio: non quod legatus esset Episcopi Romani, sed qui ambebarunt. Neque solus præfuit, sed collegam habuit. Sic enim Photius: Concilium tertium, inquit, celebratum est ducentorum Episcoporum. Ex quibus erant præfides, Cyrus ille celeberrimus inter Patres, qui propter virtutem sapientiae dicitur, magna cinitatis Alexandriae sedem obtinebat, & Celestini Romani Pontificis implebat sedem, atque personam gerebat, & Memmo, cui Ecclesia Ephesiorum commissa erant gubernacula. 3. Non sequitur: Cyrus Alexanderinus implevit partes Celestini Romani: ergo quantum ad præsidentiam generalē implevit. Nam Cyrus implevit partes Celestini, quantum ad præsidentiam singularem Patriarchatus Romani; & partes officii sui ordinarii, quantum ad præsidentiam singularem Patriarchatus sui. Itaque præfuit Concilio, præsidentia generali & extraordinaria, de voluntate Concilij: præfuit Patriarchio suo, præsidentia singulari, ex officio suo ordinario: denique præfuit Patriarchio Celestini, delegatio extraordinaria ipsius Celestini, velut Coepiscopi, ex officio fraterno: vt vide est apud Euagrium. Non sequitur autem, Si Celestinus Romani Episcopus Cyrillo Alexandrino mandauit partes suas, Cyrus ergo partibus suis abstinuisse, solaque Celestini partes obiisse; aut si præfuit toti synodo in actionibus synodicis, ergo nomine Episcopi Romani, non suo, præfuisse; & authoritate illius, non vero electione & ordinatione synodi. Sustinuit ergo triplicem personam Cyrus: puta præfis generalis, præfis sui Patriarchatus, & præfis Patriarchatus Romani. 4. Leo Papa in Epist. 47. non suum prædecessorem Celestinium, sed Cyrrum, huic Concilio præfuisse scribit. Quod ipsum etiam in Codice lib. 1. tit. 8. cap. 8. scribitur his verbis: Ephesina Synodus, cui beatam memoria Cyrus præfuit.

VIII. Pergit Bellarminus, & ait, in Concilio quarto generali, quod est Chalcedonense, in prima actione præfuisse Imp. Martianum, & deinceps a nomine Imperatoris in aliis actionibus, iudices seculares; non tamen præfuisse, vt iudices controversiarum fidei, sed vt defensores: præfuisse autem reuerba, vt iudices Ecclesiasticos, Leonis Papæ legatos. Ipsi enim in omnibus actionibus primi nominantur, primi sedent, primo loquuntur, primi subscripti, ipsi sententiam definitiuan in Dioecorum proferunt, nomine Papæ, & totius Concilij.

Respondeo. Prius membrum theseos verum est, præfuisse Imperatorem, humano ordine: posterius, de præsidentia Romani Pontificis, est falsum. 2. Vbi quis præses vniuersalis est totius Concilii, primus quidem fudit, primus subscriptis in actione synodica: at non primus loquitur & sen-

testiam dicit: qui primus sententiam dicit, is princeps sententiæ est, at non præses confessus. 3. Non solum legati Romani Pontificis præfuerunt actionibus Ecclesiasticis, sed etiam alii; videlicet Anatolius Constantinopolitanus, quæ Tarasius Ad. 1. synodi Nicene II. diserte vocat principem quartæ synodi; itemq; Maximus Antiochenus, & Iuuenalis Hierosolymitanus, Episcopi. 4. Memineris admodum perturbata in hac synodo fuisse rationem præsidentiæ. Nam Anatolius Constantinopolitanus erat nouus, & in suspicionem a Leone Romano vocatus: Diophorus Alexandrinus cœlicebatur: Maximus Antiochenus, & Iuuenalis, Hierosolymitanus interfuse rixabantur: legatio Romana non adeo Græce perita, præsidialibus actionibus, cum omnes Græce loquerentur, non satis erat apta. Atque hinc factum est, vt Anatolius &c; ac legati Romani; sermones in confessu persæpe instituerint. Nominatum vero actionis. i. cognit. 3. & Ad. 4. 5. 6. & 12. Anatolius princeps est sententiæ, Leonis vicarius secundo loco dicunt sententiam. 5. Exemplo uno rationem prædendi, quam tenuerunt iudices, demonstrasse satis erit. Ad causam Diocori ventilandæ agebatur de expositione fidei: tumultuarie multa adferebantur: ordinem rei agendæ, substantia tota Ecclesiasticis permisla, indicauerunt iudices, dicendo, Si placet vestra reverentia, sanctissimi patriarchæ singularium provinciarum eligentes singulos aut binos sua propria quisque prouincie, in medio transiunt & communiter de fide tractantes, qua complacita fuerint omnibus, manifesta constituant. act. i. cognitione 2. Ex his itaque patet, non solos legatos Pontificis Rom. præsedile; & toti ordini præfuisse iudices, Imperatoris legatos; & Ecclesiasticum generalem præsidem non fuisse lectorum, sed singulos Patriarchas præfuisse sui Patriarchatus Episcopis. Vbi illud præcipue obseruandum est, nisi iudices præfuisse huic Concilio, nomine Imperatoris, incredibiles tragedias in eo Concilio fuisse extirpas; prout illi ipsi religiosissimi iudices in ipsa act. i. testantur, dicentes: Acclamations ista populares neque Episcopos decent, neque partes inuuant.

IX. In quinto Concilio generali, Constantinopolitano II. inquit Bellarmus, non præsedit Menas (vt falso docet Calvinus) Concilium enim à Mena celebratum, non generale fuit, sed particulare: sed Eutychius Menæ successor, qui tamen agnouit, & professus est, præsidem debitam fuisse Romano Pontifici, si is interesse Concilio voluisset. Respondeo. 1. Quinta synodus dicit duobus modis, communiter, cum præparatoriis ipsius, ut vocant; & singulariter, scilicet præparatoriis, quæ synodus confirmauit. Præparatoria præside Mena instituta sunt, quibus aderat Eutychius: atque hoc ipsum ante agnouit Bellarminus controvenerit. 3. lib. 2. cap. 5. Menæ vero in eis perficiens mortuo Eutychius suspectus est. Priore sensu recte dixit Calvinus, synecdochiæ. 2. Concilium itaque à Mena institutum non fuit particulare, sed generale; quippe Concilij generalis præparatorium, & de sententia Patrum generali Concilio attributum, ut membrum ipsius. Atque hoc etiam agnoscit Heruetus in sua editione Conciliorum, tomo. 2. 3. Eutychius non offerebat Vigilio Papæ præsidentiam, sed communicationem desiderabat, ut nempe Concilio interesset. Tribucbat ipsi præsessionem, si veniret, at non præsidentiam potestatis. Illam enim habebat Episcopus Romanus, ut eximius Patriarcha: hanc nemo poterat legitime habere, nisi per electionem Concilij.

X. In sexto Concilio generali, siue Constantinopolitano, III. inquit Bellarminus, præsides fuerunt legati Agathonis Romani Pontificis, Petrus & Georgius Presbyteri, ac Iohannes Diaconus. Respondeo: At Zonaras affirmat illo ipso loco, quem adferit Bellarminus, plures quoque præsedile. Sic enim ait: οὐ τοις ἀπόστολος τοις πατέρεσσιν, τοις δὲ εὐαγγελισταῖς τοις θεοφάνεσσιν. Eccce tres patriarchæ præsunt, Papa per legatos, Episcopus Constantinopolitanus & Antiochenus. Reliquorum duorum locus vacat. Causam afferit Zonaras: Sed neque Alexandria, neque Hierosolyma habebant Patriarchas, eo quod ciuitates istæ suberant Saraceni. Sed Bellarminus adferit duas rationes. 1. legati Pontificis in singulis actionibus primi nominantur, loquuntur, subscribunt. 2. Constantinus primo quidem loco sedet, vna cum nonnullis viris illustribus, sed non præsedit; hoc est, non fuit vlo modo iudex, aut formaliter præses, nam nullam sententiam tulit, & ultimus omnium subscriptus, non definiens, sed consensu.

Respondeo ad 1. Non sequitur, ergo fuisse solos præsides, nam & principes sententiæ primi nominantur, loquuntur, subscribunt, licet non præsides. ad 2. Non sequitur: Constantinus non tulit sententiam, & ultimus subscriptus: ergo non fuit præses. Nam id etiam sepe in Consiliis proprium est summorum principum, ut ipsi quidem sententiam non dicant, nisi videatur opus; sed ordine solum & autoritate cognitiones iudiciale moderentur atque firmarent. Ita in rebus Ecclesiasticis, præsertim vbi res inter ipsos Ecclesiasticos agitur, Princeps sapientissime facit, si solo præsidatu ordinem tueatur, neque expresse definitivam ferat, sed illam latam, ultimus subscriptus, roborando ita totam actionem, atque ita quoque definiendo sententiam.

XI. In septimo Concilio, hoc est, Niceno II. fine controversia. Sed legatos fuerunt legati Papæ Adriani. I. Imperator nihil in hac synodo egisse legitur. Ita videtur Bellarmino. Respondeo. 1. Hoc Concilium est Antichristianum. 2. De Imperatore non plane verum est: nam ab ipso Petronius Proconsul, & alii aliquot Senatores ordinis & authoritatis causa interfuerunt. Inter Ecclesiasticos vero legati quidem Rom. Episcopi primam sedem habuerunt: sed Tarasius Constantinopolitanus præsidatus, qui de sententia confessus est ipsi attributus, prout Episcopi Siciliae insulæ primi monuerunt act. i. Declarant hoc Acta & literæ communes ad Imperatorem Constantimum & Irenen scriptæ à Tarasio & viuentera synodo.

XII. Sequitur apud Bellarminum: In Concilio octavo, Constantinopolitano quarto, præsedit sine controversia legatos Adriani II. & Imperatorem Basilium, adfuisse quidem, sed aperte testatum esse in fine Concilij, longabratione, non esse suum, nec ullius hominis laici, misere se Ecclesiasticis iudiciis, & tandem subscriptissime post omnes Patriarchas, non definiens, sed consentientem & suspicentem.

Respondeo. 1. Præsidentia legatorum Rom. Episcopi fuit duplex in hoc Concilio: vna, proxima sedis vel præsessionis loco Episcopi Rom. ordinarii; altera, præsidatus, sine authoritatis, quæ per communem electionem Synodi, ordinis causa attribuitur, ad modum actioni synodali dandum, extraordinaria. Non sequitur autem ex particulari, si tum præfuit Episcopus Rom. Conci-

lio tori, ergo semper præfuisse, & semper cum præcise oportere. Tum enim

singularis causa fuit, schisma Orientalium: præsertim cum de Patriarcha Constantinopolitano iudicium fieri oporteret. 2. Hæc Basilij Imp. pietatem simul, & modestiam humanam ostendunt: pietatem, quod Constantini, Theodosii, Martiani, & bonorum Impp. exemplo non miscuit se iudicis Ecclesiasticis, quia Christi loliis sunt, & per seruos eius enuntiantur, sed permisit ea religiose piorum Dei seruorum confessui: humanam vero modestiam, quod ita submisit factò, & sermone testatus est religionem animi sui: quia religione profecto iniquum est (vt sit) viros Ecclesiasticos abutiad ambitionem suam. 3. Eo ipso, quod Basilius subscriptis, censetur in numero definiendum; ut supra c. 6. pluribus diximus.

XIII. Concludit Bellarminus his verbis: Si ergo his addamus reliqua generalia Concilia in quibus omnibus sine controversia Pontifex Romanus præsedit, habebimus ex continua Ecclesiæ consuetudine, propriæ ad Pontificem Romanum pertinere manus in Cœciliis generalibus præsidiendi. Resp. 1. Ex falsis antecedentibus conclusio falsa. 2. Concilia Antichristiana nihil moramur. 3. Continua consuetudo Ecclesiæ est inde ab Apostolorum tempore arcessenda. Id autem ad Kalendas Græcas ostendunt Pontifici: obseruatum fuisse in primitiva & purioris ævi Ecclesiæ; ut ius præsidiendi esset aliquid vni cathedræ.

XIV. Et hæc sunt omnia Bellarmini argumenta. Iam vero Gaspar Cardinus Hispanus, qui interfuit Concilio Tridentino, in disputat. 2. de Concilio (e quo Bellarminus sua fere omnia summis) alii quædam adferunt argumenta, e quibus ista quinque sunt præcipua. 1. Eius est præsidere Conciliis, cuius est contumaciam. At hoc est vnius Pontificis. E. & illud. 2. Oecumenica Concilia repræsentant viuenteram Ecclesiæ. E. illis præsidere debet caput Ecclesiæ Catholice: ut est solus Papa. 3. Si necessarium esset, ut Imperator præsideat Conciliis; tum nullum erit legitimum Concilium, nisi cui Imperator præsideret. At consequens est absurdum: quia Concilium Hierosolymitanum Ad. 15. fuit legitimum Concilium. 4. In Cœciliis sepe aguntur causæ Episcoporum. Sed nullus rex aut laicus potest damnare Episcopum aut fæderatorem: quia non sunt subditi secularibus principibus. 5. Iudicium de fide non spectat ad seculares iudices. At in Cœciliis sit iudicium de fide. P. Resp. ad 1. Papa, antequam factus est Antichristus, non habuit potestatem conuocandi Concilia. Non itaque habet illam iure diuino, sed humano, coquæ usurpat. ad 2. Papa non est caput Ecclesiæ, sed solus Christus. Deinde præsidere & moderari etiam is potest aliquem cœtu, qui non est caput, sed qui eligitur, ut præsideat & moderetur. ad 3. In Concilio oecumenico necesse est ut præsideat Imperator, vel immediate, vel mediate, per suos nempe deputatos. At Concilium Apostolicum non fuit oecumenicum, id est, generale, sed particulare; licet dicatur oecumenicum propter Apostolos, qui fuerunt doctores oecumenici. ad 4. Præsidis politici officium in Concilio est præsidere, non vero damnare. Deinde Principum est, causas Episcoporum cognoscere, & Episcopos damnare pro merito causa. Et multi sic damnati sunt. Ita Salomon Abiatharem loco mouit: & hoc fecit, non ut fæderos, aut propheta, sed ut rex. Damnare enim Episcopum potest, qui non est ipse Episcopus; cum causa damnationis Episcopi sit eadem, quæ laici. Sane id iuris communis est, ut reus ex malefacto sortiatur iudicem. Quare si in re sacra peccasset Abiathar, ad fæderes pertinuisse cognitio illius: sed quia in tempore peccaverat, maiestateque regiam; ciuiliter, ac non Ecclesiastice cum eo agi oportuit. Ergo & hoc tempore Ecclesiastici homines, si quando peccent ut alii homines, a magistratu politico sunt puniendi. ad 5. Ipsi Papistæ agnoscunt duplaci præsidentiam, honoriam & authoritatuum. Illa est principum, ut ipsi dicunt, hæc Episcoporum. At nos ita distinguimus: Præsidentia in Conciliis est vel authoritatua, folius Dei in Scriptura loquentis: vel ministerialis, & hæc est politica, vel Ecclesiastica. Princeps itaque præsedit politice. Deinde iudicium de fide competit omni Christiano, qui Scripturas intelligit. E. & principi. Potest itaque præses polititus etiam esse iudex, non qua præses, sed qua Christianus in Scripturis exercitatus.

XV. Iohannes de Turcremat. 3. c. 2. 2. Inter alia hoc utitur argumento, quod videretur esse aliquis momenti: Petrus Ad. 1. in electione Matthiæ præsedit videtur. E. Papa ipsius successor, hoc ius ab illo habet. Resp. 1. Petrus ut arate & donis maior reliquis, loquitur ibi. At hic non efficitur, illum fuisse perpetuum præsidem. 2. Primatum aliquem Petro concedimus: at personalem. 3. Negamus Papam succedere Petro in doctrina. 4. Etsi damus, Petrum fuisse Romæ: tamen negamus, Episcopum ibi fuisse. Itaque Papa etiam non succedit ipsi in cathedra.

XVI. Nunc superest utroque quædam disputationis huius principalis, An Pontifex Romanus semper debeat interesse Conciliis, ut possit legitime illius præesse? Bellarminus ait, satis esse si legatum mittat, qui suam personam sustineat. lib. 1. cap. 19. Verum ex hypothesi Papistarum omnino debet interesse Conciliis: quia si intersit, Concilia errare non possunt. At legati Pontificis non sunt reuera Pontifices, nec sciunt qualis mens sit Pontificis, nec habent illud priuilegium non errandi, quod haberet Pontifex: ut sunt verba Bellarmini lib. 2. de Concilio. 11. Pontificem igitur ita præcise oportet, ut ipse quoque interesse dignetur. Ita enim Concilium non poterit errare.

XVII. Sed audiamus lepidum Bellarmini discursum, lib. 1. cap. 19. Dicimus, summum Pontificem, per se, vel per legatos suos. Synodo præsidere ex officio; quia summus Pontifex nunquam interfuit Conciliis orientalibus per se, neque id factum est casu, sed certa ratione. 1. quia non videbatur convenire, ut caput sequeretur membra, cum potius membra sequi debeat caput. Itaque propterea interfuit Papa Conciliis Romanis, & quibusdam aliis, quæ ipse conuocauit ad se, id est, ad locum, vbi ipse erat, non autem voluit, neque debuit ire ad Concilia alibi congregata. 2. quia in Conciliis orientalibus semper interfuit Imperator, aut aliquis eius legatus, ita ut præsidentes saltem quoad locum materiale. Quare ad vitandum tumultum summus Pontifex eo se non recipit, sed legatos tantum misit. Neque enim vlo modo conuenit, ut Imperator sedeat ante summum Pontificem.

Resp. ad 1. Etsi vnu membru est nobilis altero: nihilominus tñ omnib. cōmunc est, quod sunt membra vniuers corporis, & vnu alteri interfuit operacione sua, etiā caput pedibus. Rom. 12. Deinde Papa per legatum agit, at Petrus legatus. Unde Auct. 1. 4. salute Ind. c. 11. recte ait, Apostolos mississe ad Samarianos, nō quosuis, sed Petru & Iohannē, Apostolorū facile primos. Tertio

M. C.

Concilium Apostolorum *Acto. 15.* Primum fuit, à quo formam acceperunt alia Concilia, ut sunt verba Bellarmini lib. 2. de Concil. c. 2. At Petrus illi Concilio interfuit, & ibi primo locutus est. Papa vero vult interesse Concilio per alium, & illo finito, pro libidine sua, illud approbat vel abrogat. Denique Papa non solum in Conciliis Romæ habitis, & aliis quibusdam in Italia celebratis interfuit, sed etiam in locis longe ab Italia remotis. Nam Concilio Lugdunensi Innocentius IV. interfuit: Concilio Viennensi Clemens V. aliisque alii. Quare aut hoc est conueniens, aut aliquid inconveniens & absurdum est Papæ admiscerunt. Et sic, cum Pontifex Romanus caput sit, cui omnia membra debent adiungere; debent omnia Concilia Romæ, aut in Italia saltem celebrari; ut eo modo membra sequantur caput. *ad 2.* Illi Imperatores fuerū Christianissimi, & penes se habuerunt Patriarchas, & alios orthodoxos Dei ministros, qui proculdubio hōc ius concessissent Pontifici Romano, si persuasi fuissent, proprium eius munus esse præsidere Conciliis oecumenicis. Deinde si hoc Papæ ius sit; non ipse modo Pontifex in Conciliis primum tenere locum debuit, sed & ipsius legati. Quem cum Imperatores, & ipsorum legati, illis negarent, nec iij quidam ab illo mittendi erāt. Quare aut si facta sunt hæc omnia, aut in tolerandam vicarii Christi ambitionem declarant. Debet ille audire suum *Stellam in Luc. 9.* Inter vos spirituales nō debet esse contentio de primo loco, sed de postremo. Denique hic interrogare liber, Cur Papa non interfuerit Concilio Tridentino? Habuit illud legatos trium Paparum, Pauli III. Iulij III. & Pij IV. Sed cur non ipsos Pontifices, vel saltem vnum ex iis: Audiamus rationes, quas assignat Cardinalis *Turrecremata l. 3. de Eccl. c. 11.* Conciliis orientalibus Pontifex non interfuit: causa prima, ne violentia illi inferretur: secunda, ut libera sua authoritate veteretur: tertia propter necessitates incumbentes Ecclesiæ Romanæ, & ciuitati, quibus praesentia Pontificis Romani maxime præsidio fuit. Hanc rationem assignat Leo Papa. Sic Turrecremata. Sed rationes illius non multum probantur Bellarmine. Itaque nulla potest adferri ratio, cur Papa ipse non interfuerit sancto illi Concilio Tridentino.

CAPVT IX.

Modus agendi in Conciliis qualis esse debeat?

I. **S**equitur de modo agendi, quisnam sit commodissimus in Concilio? Quæ quidem controversia tractatur vel in thesi, vel in hypothesi. In thesi haec est præcipua quæstio inter nos & Papistas, An Concilium sit verum iudicium, & Episcopi veri iudices, ita ut standum sit eorum sententia, quia ipsi sic statuerunt, quomodo statur sententia prætoris in causis politicis: an vero tantum sit inquisitio quædam, & tantum valeat decretum Concilij, quantum valer eius ratio? Sic enim statum quæstionis proponit Bellarminus lib. 1. cap. 18.

II. Nostra sententia est: Conciliorum esse & inquisitionem veri, iusti, sancti religiosa communicatione, & dictio[n]em sententia[m] ministratoria[m], solius vero Christi per Spiritum & Scripturam suam iudicium esse decisiu[m], quod Patres Concilii in Scripturis inuestigant, & ex Scripturis pronuntiant, velut tabulis mandati sui, extra quas nec ipsis pronuntiare fas, nec fas Christianos obsequi extra tabulas mandati & limitatum ipsorum ministerium pronuntiantibus. Itaque sententia Concilij per se ipsa suauis est, non coactionis, iudicium ministeriale, non autoritatem perse necessitatemque ad ferens; adeoque suffragium decisuum non perse, sed quatenus ex Scriptura deponitur.

III. Rationes pro hac thesi adferuntur plurimæ: in quibus hæc sufficiant hoc tempore. 1. Solus Christus & verbum eius scriptum habet suffragium decisum in negotio salutis. Nam Christus est doctor supremus; & verbum eius est doctrina suprema, prorsusque infallibilis. 2. Solus Christus in verbo suo loquens est iudex inappellabilis. Ergo Concilium est iudex appellabilis. 3. Potestas seruorum Dei in Ecclesia non est prætoria, sed ministratoria. 4. Quod legatus principis non potest, multo minus possunt legati Dei. At legatus principis non potest exceedere suam instructionem, si velit esse legatus bonus. E. s. Iudicium domini & serui in aliqua domo debet esse distinctum. E. & in Ecclesia, vbi omnes sumus serui sub uno domino. 6. Si iudicia Conciliorum definiantur opinione hominum, & non veritate Dei in Scripturis exposta, Deus statuetur sibi contraria. Nam si in Scriptura alter definiat, & in Concilio alter, non sibi constabit. 7. Praxis omnium legitimorum Conciliorum hanc sententiam confirmat. Et primo quidem praxis Concilij Apostolici, *Act. 15. v. 15.* *Huic (dicto Petri) concordant verba prophetarum, sicut scriptum est.* Vnde *Caietanus in h. l. eleganter ait:* Petrus probat sententiam suam ex diuino testimonio: eadem Iacobus ex propheticis dictis confirmat ex variis locis Scripturæ. Et rursus: Propter quod, inquit Iacobus, *Ego iudico, id est, quia video hæc dicta confonare cum prophetarum scriptis.* Eadem fere habet *Lyranus.* Similiter *Canis locis theol. l. 5. c. vlt.* scribit: Viri fratres, inquit Iacobus, Simon &c. Iacobus sententiam Petri confirmabar, additis Scripturae testimoniosis, Et *Ferus in d. l. ait:* Nihil equidem dubitaverim, Iacobum legis peritissimum, rem ipsam plurimis prophetarum testimoniis comprobabam: ex quibus Lucas noster hic vnicum tantum, quod clarissimum, videbatur, in historiæ sacræ monumentum retulit: sic enim verba historicæ sonant, Et huic concordant verba prophetarum *Arias quoque Montanus in h. l. rete scribit:* Prius quam Petrus loquebatur, magna erat disputatio ex variis Scripturae locis deducta. Talis itaque fuit praxis Concilij Apostolici. Talis etiam est praxis aliorum laudatorum & probatorum Conciliorum. Sicut enim Athanasius in Epistola ad Epicletum Episcopum Corinthiorum ait: Fidem à Patribus in Niceno Concilio secundum Scripturas tradidam. Et in Epistola de synodis Arimini & Seleucia. Nicæa congregati Episcopi, collectis in unum quæ ex S. literis ad sententiam suam tuendam satisfacerent, liquidius rem expouentes, Filium consubstantiale esse assuererunt. Ambrosius lib. 1. de fide ad Gratianum Augustinum cap. 8. Deus igitur ex Deo, lumen de lumine, verus Deus de Deo, ex Patre natus, non factus, vnius substantiae cum Patre. Sic nempe nostri secundum Scripturas dixerunt Patres. Concilium Milenitanum non aliunde quam ex Scripturis sagris controversias à Pelagio motas decidit: qua de re videatur tomus

primus Conciliorum. Idem fecerunt alia laudata & probata Concilia.

IV. Sententiam Papistarum Bellarminus sic enuntiat, & probat. Nos dicimus, confessum Episcoporum in Conciliis legitimis esse verum iudicium confessum, & eorum decreta, & leges necessario sequendas. Probatur primo tribus Scripturis. Prima est *Dent. 17. vbi* iubentur, qui dubia habent, recurrere ad sacerdotum Concilia: & *Qui non obedierit eorum sententia, morte condemnetur.* Secunda, *Matth. 18.* Si Ecclesiæ non audierit, fit tibi velut ethnicus & publicanus. Tertia, *Acto. 15. & 16.* vbi Paulus pertransiens ciuitates varias, præcipiebat eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis in Concilio Hierosolymitano. De quo Concilio tria notanda sunt. 1. non ex Scripturis, sed ad suffragia Apostolorum definitam esse questionem. 2. Apostolorum sententiam non esse permisam examini discipulorum, sed simpli- citer imperatum esse, ut obedirent. 3. Concilij Apostolici definitionem, veram fuisse legem in conscientia obligantem. Secundo probatur ex ipsis Conciliis, nam Concilia omnia anathema dicunt non obtemperantibus; vocant sua decreta canones, sive leges Ecclesiasticas: cum subscribunt Episcopi, dicunt, *Ego N. N. definiens subscripti.* Præterea in Concilio Chalcedonensi, *Ad.* 4. cum decem Episcopi Ägypti nolent acquiescere iudicio maioris partis, pro hæreticis habebantur, quæ omnia sunt aperiissima argumenta, quod Concilia sint vera iudicia. Probatur tertio, nam si non esset in Conciliis agendum suffragiis, sed disputationibus tantum, perperam fieret, ut soli Episcopi sententiam ferrent, cum munus disputandi sit hominum eruditorum, sive sint Episcopi, sive non. Frustra etiam vocarentur Episcopi aliqui rudes & simplices, quales aliquos fuisse in Concilio Niceno, scribit Ruffinus. Adde, quod Protestantes aperte secum pugnant. Docent enim, in Concilio laicos cum Episcopis habere suffragium decisum; & nihilominus dicunt, non debere aliquid in Conciliis definiri ex multitudine suffragiorum, sed tantum ex testimoniis Scripturarum.

V. Examinemus omnia minutatim. 1. Concilium legitimum est verus confessus iudicium secundariorum, qui sequuntur iudicem primarium, id est, Scripturam sacram. 2. Iudices illi secundarii possunt esse Episcopi, vel non-Episcopi. 3. Horum iudicium decreta ex Scripturis sumta, habent vim legis: videlicet materialiter. 4. Non sequitur ex disparti: *De iussi recurserem ad sacerdos-tes. E. & nobis recurrentum est, quoties dubium incidit, ad Concilium.* Natum in rebus obscuris edebantur reuelationes, per signa, & respōsa Dei. Præterea conceditur seruata clausula, quam ibi posuit Moses, *Ex prefato legi, quam docuerint te.* 5. Christus vult, ut sententia legitimi Concilij obediamus: veruntamen adiuncta illa quæ salutari clausula, quam apponit Christus, *Vbi sunt duo vel tres coacti in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Vbi autem nō est veritas, charitas, humilitas, ibi non est Christus. Detur iustum Concilium eiusmodi, certe iudicium eius secundum Christum agnoscemus. 6. Non sequitur ex particulari & dissimili: Si custodienda fuerunt decreta Concilij Apostolici, ergo & omnium seruari oportere. Nam multa Concilia sunt illegitima: & rursum quæ sunt legitima, non habuerunt priuilegium non errandi, quale datū fuit Apostolis. 7. Falsum est, aliquid in eo Concilio extra vel præter Scripturas esse constitutū. Nā primū cōmuni sicut omniū tū Apostolorū, tū seniorum, Ecclesiæq; sententia per Spiritum veritatis docente omnes, ut sentirent. *μερισμόν.* Deinde ratio dispar est Apostolorū, & aliorum omniū. Nam Apostolorum singulare fuit, quod in sua vocatione diuinam veritatem *θεωρεῖσθαι, οὐ αἰνητέσθαι,* expellerunt: quamobrem non examinantur illi; sed ab illorum iudicio peperderunt Ecclesiæ, & examinantur illæ, & pii singuli, ex Scriptura, quam Apostoli (qui in hac legatione supra Ecclesiam erant) tradiderunt. 8. Decreta & dogmata Conciliorum ita dicuntur, non quod prætoria, sed ministratoria authoritate sint promulgata iuxta canonem Scripturæ. 9. Episcoporum subscripti formula: *Ego N. definiens subscripti: est probatio facti, non iuris: exempli, non axiologiz, ut loquantur.* Idem vero factum contingit bonum aut malum esse pro conditionibus ipsius secundum speciem, finem, aut circumstantias. Non sequitur: Semper fecerunt, ergo semper fecerunt & faciunt bene. Bene fecerunt, quando definierunt aliquid ex Scripturis. Male, quando secus definierunt. 9. Concilia utique sunt vera iudicia, qua Dei sunt, ex tabulis veritatis & mandatorum eius. Per se non iudicia sunt, sed indicia, præconia, vel pronuntiationes ministratoria veritatis & iudiciorum Dei. 10. Bellarminus affingit nobis alienam sententiam. Nos enim vtrumque desideramus in Concilio: nempe discussionem sive disputationem, & suffragia. At si quando suffragia à veritate absunt, negamus eis opprimi posse aut circumduci veritatem, 11. Ad Concilium adhibēti sunt, qui vocatione & donis instructi sunt: donis, qui pīj, probi, docti, vocatione, qui aut ordinarie ad docendum instituti, aut extra ordinem iusta auctoritate arcessiti & producti. 12. Rudes simplicesque homines, de quibus Ruffinus, potuerunt, & possunt in Conciliis proficere. 13. Laici cū Episcopis habent suffragium decisum; si nempe laici habeant sua dona, & vocati sint ad Concilium. Decisum autem suffragium tum demum habet, & illi & isti, si Scripturam sibi proponant normam. Secus non habent. Nulla igitur est apud nos contradic̄io. Vide plura paulo post §. 17.

VI. Veniamus ad hypothesis huius disputationis. In hac enim hypothesis cardo huius controversiae vertitur: Quale videlicet esse debeat Concilium? Vbi nos requiri mus conditiones triplices; quarum aliae præcedunt, aliae sequuntur Concilium: & omnes ita sunt cōparatae, ut integrēt formam Concilii. *Conditiones præcedentes* sunt, 1. Ut locus tutus, hoc est, ad quem omnes tuto conuenire possint, eligatur. 2. Ut satus cōductus omnib[us] præstetur; non solum quantum ad personas, sed etiam quantum ad causam principalem. 3. Ne Pontifex Romanus, qui iam est pars rea, sibi vendicet supremam auctoritatem eouocandi Concilia. 4. Ut Episcopi & theologi omnes à iuramento Pontificis absoluantur; utque libere, secundum conscientiam suam, ex solo Dei verbo iudicent. 5. Ut Pontifex ipse in altera litigantium parte constituantur; ne idem & iudex, & reus, & actor esse videatur. Itaque in Concilio ne præsideat. 6. Ut non soli Episcopi, sed etiam quiuis pastores, theologi, & laici aptiadmittantur, habeantque voces decisivas, secundum Scripturas. 7. Ut non tam pluralitas votorum, quam auctoritas verbi Dei, & recta ratio in Conciliis dominetur. 8. Ne Patres Concilii, ante sententia confirmationem, vila Pontificis instructione, à libertate iudicandi abripi se patiantur. 9. Ne Papa summus Scripturarum expositor constituantur. 10. Ne vnum teneat in Concilio locum, qui Concilio negat omne obsequium. 11. Ne in absentia feratur

feratur sententia; si possint citari. *Conditiones comitantes* sunt, 1. vt status controvenerit; 2. vt collocutores certi vtrinque deligantur, qui perpetuo agant syllogistice. 3. vt vtrinque dicta à delectis notariis excipiantur. 4. vt omnia in timore Dei accurate expendantur. 5. vt primo omnium sententiae eorum rogantur, qui ad munus docendi & gubernandi ecclesiam vocati sunt; deinde alijs quoque, licet priuatis, copia hat, dicendi sententiam. 6. vt suffragia non numerentur, sed ponderentur iuxta normam verbi Dei. 7. vt tandem communis consensu, ex verbo Dei fideliter hausto, decreta nomine totius concilij proferantur. *Conditiones consequentes* sunt, 1. vt magistratus summus executionem Concilij peragat sine tyrannide. 2. vt pastores vtan- tur Spiritu mansuetudinis erga eos, qui decreta concilii non statim posse amplecti rata conscientia. 3. vt omnes & singuli studeant ijs rebus, quæ decretis synodis, verbo Dei consentaneis, autoritatem adferre soleant.

VII. Hæc omnia nituntur partim naturali æquitate, partim praxi omnium legitimorum Conciliorum, & quidem adeo aperte, vt mirum sit, Papistas posse illis contradicere. Verum quia facile illi se impetrant, vt negent solem meridianum lucere, videamus, quid desiderent. Iniqua est conditio, ait *Bellarminus lib. 1. cap. 21.* vt Pontifex Romanus non indicat concilium, nec ei p̄ficit, sed sit altera pars litigantium: quia Romanus Pontifex nō potest priuari iure suo indicendi Concilia, & eis p̄fendendi, in cuius possessione iam fuit per 1500 annos, nisi prius in legitimo iudicio conuincatur, non esse summus Pontifex. Quod vero dicunt, non debere euadem esse iudicem & partem; dico habere locum in priuatis hominibus, non in principe supremo.

Respondeo. Negamus Pontificem aut ius, aut possessionem istam obtinere. Non ius; quia non accepit à Deo, qui solus in ecclesiam suam ius dare potest. Non possessionem p̄scriptionem illius; quia ecclesia est dominus & hereditas Dei, in cuius veritatem & res sacras nulla vñquam accedit p̄scriptio; quia ita est male fidei posse, quam nullum p̄scriptionis beneficium tutari potest. Quod autem conditio nostra sit æqua, sic patet. 1. Est antiquissima; quippe in octo conciliis primis generalibus seruata. 2. Est utilis & necessaria hoc tempore; quia Papa à conciliis generalibus abhorre plerumque solet. 3. Est naturali æquitati consentanea; quia iudex in sua, suarumue causa nemo esse debet. 4. P̄ses iure esse non potest, qui in concilio p̄fensus esse non vult. Ceterum quia Pontifex non est summus Princeps, merito ab ipso postulamus, vt, quia est reus, non perget esse index.

VIII. Pergit Bellarminus, & ait, istam quoque conditionem iniquam esse, vt ex sola Scriptura sententiæ ferantur, non ex traditionibus, vel canonibus: quia non debent semel definita in dubium reuocari, iuxta legem Martiani Imperatoris, l. nemo, Cod. de summa Trinit. & fide Cathol. Constat autem in VII. synodo generali, itemque in Concilio Tridentino definitum esse, traditiones non scriptas & que atque Scripturas pro verbo Dei esse recipiendas.

Respondeo. Conceditur illa lex, si res bene, & ex Scriptura fuerint definitæ: si male, negatur, nam res diuinæ solo Dei verbo sunt in Ecclesia definitæ; cuius p̄cones, ac non iudices, sunt Episcopi. Ceterum quod conditio illa sit æquissima, inde liquet. Iudex arbitrium suum reformare debet iuxta regulas iuris. Est autem sacra Scriptura fidei & mōrum regula exactissima. Ergo Concilium deberet arbitrium suum reformare & informare iuxta istam regulam.

IX. Hæc quoque conditio, vt decisio non fiat iuxta votorum plurimatem, sed vt iuxta normam verbi Dei pronuntietur; non sapit Bellarmino, quod penitus tollat formam Conciliorum; & propterea non potest fieri, vt aliquando ad finem controveneriarum deueniatur, nisi detur locus majori parti suffragiorum: cum enim vtraque pars proferat Scripturarum testimonia, quomodo potest sciri, quæ sit concilia sententia, nisi colligantur suffragia, & plurim sententia valcat? *Respondeo.* Negamus hac conditionem formam Conciliorum tolli. Formam dico internam; quæ consilit in ordine virtutis synodice, hoc est, in conformitate actionum synodarum cum verbo Dei. Atque hæc forma interna est principalis, ac proinde mensura formæ externæ.

X. Porro ista conditio, vt Romanus Pontifex absoluat omnes p̄lates à iuramento fidelitatis, quo illi obstricti sunt; Bellarmino est iniqua, & impertinens. Iniqua; quia non debent inferiores liberari ab obedientia superioris, nisi prius ille legitimate deponatur, vel declaretur non esse superior quemadmodum iniquum esset, vt quotiescumque fiant Comitia Imperialia, Imperator deberet liberare a iuramento fidelitatis omnes principes sibi subiectos. Impertinens; quia istud iuramentum non tollit Episcoporum libertatem, quæ in conciliis est necessaria. Iurant enim se fore obedientes summo Pontifici, quod intelligitur, donec Pontifex est, & dum iubet ea, quæ secundum Deum, & sacros canones iubere potest. *Respondeo.* 1. Pontifex non est superior alij Episcopis, iure diuino. 2. Vt demus, superiorem esse, nō habet eiusdem modi superioritatem, quam habet princeps, aut Imperator. 3. Id ex iure legitimum est, vt inferiores soluantur a iuramento fidelitatis in hac causa particulari solum, si causa superioris definita est per sententiam ipsorum: & ita se adhuc Imperialis processus in Germania habet. 4. Protestatio est contraria factio. Nam Episcopifere cœcam obedientiam iurant & praestant Pontifici Romano: vt res ipsa loquirur.

XI. Conditio de saluo conductu personarum Bellarmino placet. Sed ratione causæ, displicet: vt nempe conductus ille saluus non solum detur personis, sed ipsi etiam cause principali, ne scilicet illa periclitetur ob multitudinem votorum. Hanc itaque conditionem pro prima parte, vt æquam admittit; pro seunda parte, vt prorsus ineptam & ridiculam rejicit. Est enim, ac si (Protestantes) aperte dixissent, volumus vexari Episcopos totius orbis, & sumus facere, ac labores maximos pati, vt ad Concilium veniant, & tamen cum venerint, nolumus quidquam statui, neque lites vñquam finiri. *Respondeo.* Bellarminus non recte interpretatur verba Protestantium. Quod enim illi dicunt de saluo conductu ratione causæ principalis hunc habet sensum: ante omnia requiri, vt caueatur hac de re, ne multitudo suffragiorum fraudi sit cause principali, sed vt Papistæ ad tempus suspendant & sustineant iudicia sua, ad publicam ædificationem, & documentum lenitatis atque charitatis Christianæ. Itaque, vt illegitimum est concilium, sententiam & iudicium cius accipimus: vt illegitimum, respuimus. *Quis e-*

nim clae (vt loquuntur) ertante iudicium teneatur accipere? Accipimus, inquam, Concilium suo ordine, secundum authoritatem verbi Dei. Sed Pontificij haud stulte sapiunt, qui in causis diuinis, vbi res ipsorum agitur, se iudices dicunt, & stari iudicio suo præcise volunt.

XII. Illam quoque conditionem de mansuetudine & lenitate omnium Christianorum erga eos, qui in concilio damnati sunt, Papistæ non admittunt. Hoc enim vñce agunt, vt politica pœna afficiantur, qui non assentiri volunt Concilio. Sed res ipsa, & historia ecclesiastica docent, non esse Concilij, videre vt personæ puniantur. Nam sanguinaria chirurgia non decet ecclesiam, sed dicē rigidior & adstringit. Sie Arius victus & euictus, Macedonius, Nestorius, Eutyches, à laudatis illis Concilij non sunt puniti ciuiliter, sed ecclesiasticamente, hoc est, silentium ipsi est impositum, functio mota: nihil amplius. Si cum impijs hominibus euictis ea lenitate & humanitate actum est: merito maiorem lenitatem & humanitatem nos adhibere oportet, quando nobis negotium est cum hominibus ex simplicitate ertantibus. Quid? cum hominibus de errore quidem accusatis, sed nondum euictis.

XIII. *Conditiones* eas nunc examinemus, quas Papistæ in suis conciliis requirunt. 1. Concilium sine authoritate Romani Pontificis congregatum, est Concilij nomine indignum: sed potius Conciliabulum: quia non est nomine Christi congregatum. Nam in nomine Christi congregari, Matth. 18. est congregari authoritate Christi, hoc est, ab eo, qui a Christo habet congregandi potestatem. 2. Solus Pontifex est legitimus p̄fes Concilij. Ut enim solus habet potestatem congregandi, sic quoque p̄fendendi. 3. Soli Episcopi habent ius suffragij decisiū: quia sunt principes, habentes iurisdictionem Ecclesiasticam. 4. Non sola Scriptura, sed Scriptura & traditiones Apostolicæ sunt norma iudicij. 5. Iudex supremus in Conciliis est Episcopus Romanus. Eius enim interpretatio est sensus Spiritus sancti. 6. Siue Pontifex in definiendo studium adhibeat, siue non adhibeat, modo tamen controvenerit definiat; infallibiliter certe definit, atque ideo vertitur authoritate sibi a Christo concessa; quod ex promissis Christi colligitur. 7. Quamvis Papa in præmissis errauerit, tamen cum ad concludendum peruererit, errare non potest. 8. Ius confirmandi aut infirmandi Cœcilia tam ecumenica quam particularia, est penes Pontificem Romanum. Præter has cōditiones *Bellarminus lib. 1. c. 17.* recenset quatuor alias de numero Episcoporum, quod sint mittendia ad concilium generale. 1. Ut euocatio sit generalis, ita vt innoteat omnibus maioribus prouincijs Christianis. 2. vt ex Episcopis nullus excludatur, vnde cuncte veniat, modo consteturum Episcopum esse, & non excommunicatum. 3. vt adsint perse, vel per alios, quatuor p̄cipui Patriarchæ, præter summum Pontificem, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus; quia illis suberunt omnes alii episcopi. 4. vt saltem ex maiori parte orbis Christiani aliqui adueniant &c.

XIV. Has conditions examinabimus in genere, & in specie. In genere dicimus, omnes illas nisi falsa hypothesi, quod Pontifex Romanus sit caput & Princeps ecclesiæ totius, cuius iudicium de religione sit prorsus infallibile, si modo ex cathedra doceat, hoc est, non vt simplex doct̄or, sed vt Pontifex & Iudex, cum authoritate sententiam dicat, & in questione iuris, non autem facti versetur: vt disputat *Bellarminus lib. 2. de Pontifice cap. 12. & l. 4. c. 2.* Atque, vt idem ait *lib. 1. de Concil. cap. 18.* Pontificis est confirmare, & dirigere fratres suos: quia ad hoc habet assentientiam Spiritus sancti, ne erret, iuxta illud *Luc. 22.* Rogauit pro te, &c. Hæc nimis est hypothesis illa, qua nituntur bellæ istæ conditions. Sed quia ruinosum, vel potius nullum, est fundamentum, ruinosa quoque, immo nulla, censi rei debet domus, quam aduersari superstruere aggressi sunt. Nullitas illa sic ostenditur. Solus Christus est caput & princeps ecclesiæ Catholicæ. Hoc enim pertinet ad iura maiestatis, siue regalia Christi; quæ sunt individua, & proinde incommunica. Deinde nullus est ordinarius ecclesiæ doct̄or, cuius iudicium de religione sit prorsus infallibile. Hinc Apostoli, extraordinaris & heroicis doct̄is instruti, illud priuilegium habuerunt sibi, non vero successoribus suis. Quid? in Apostolatu nullum habent successorem. Sed neque in primatu. Nam Apostolatus, vt dixi, fuit personalis: primatus, nullus. Ergo Pontifex Romanus nō est successor Petri, quantum ad ista duo. Imo neq; succedit ipsi ratione doct̄inæ; quippe q̄ dī, *Ag. & C.* distat à doctrina Petri, vt alibi diximus. Hinc efficitur, Episcopum Romanum falso sibi arrogare cathedralm Petri. Itaque ex illa cathedralia docere non potest; & proinde multis modis ipsum errare contingit. Neque vero illud Christi ad Petrum, *Rogauit pro te &c.* ad Pontificem Romanum pertinet: quia speciatim agit de granis lapillis Petri, deque speciali intercessione Christi & gratia Spiritus S. qua lapillus ille fuit superatus à Petro.

XV. Iam in specie soluamus nodos, non sane vindice, sed tantum inde dignos. Prima conditio occurrit apud *Gratianum dist. 17. cap. synodus & deinceps*; vbi *Marcellus* Papascribit. Absque Romani Pontificis authoritate synodus aliquibus congregare non licet. *Iulius* Papa ibidem: Sine Pontificis authoritate Concilium congregatum, ratum non est. Papa *Pelagius* d. l. Neque Concilium, sed conciliabulum. Sed quid mirum est, Papas sibi hanc luauem cantilenam canere? Audiamus alios hac de re. *Cusanus in concord. Cathol. l. 2. cap. 25.* *Marsilius* part. 2. defens. c. 21. *Jacobinus* Card. l. 3. de concil. art. 1. colum. 10. 11. *Molinaus de Trident. Concil. cap. 6.* & alij recte obseruant, octo prima Cœcilia generalia non esse cōgregata p Pontif. Roman. sed per Imperatores; indeque colligunt, vniuersalium conciliorum authoritatem non ita dependere a congregante, vt nisi per Papam congregentur, non sint Concilia. Et *Iohannes Turrecremata* lib. 2. cap. 10. 6. author est, si Papa sit ecclesiæ turbator, primo regem regum, in quo cor regum, esse oratione solicitandum: secundo, exprobrandum ei esse vitium in faciem; tertio, congregandum esse Concilium ad deponendum Papam. Similiter *Victoria tract. de Pontif. Relect.* 2. prop. 24. ait: Audi quid *Iohannes de Turrecremata* Card. nalis tenet, assertor vehementissimus Pontificia dignitatis, lib. 3. cap. 10. vbi loquens de vñtilitate Conciliorum, celebratio, inquit, Conciliorum vñtilis est, ad refranandum exorbitantias quorundam Pontificum, qui Pontificatum suum aut extra Patrum regulas, pro voluntate sua exercent, aut Simoniaci prauitatem de honestatibus, aut vita scandalosa confundunt. Hac de causa legitur congregatum fuisse Concilium Italiae, Romæ, per Imperatorem, contra *Iohannem XII.* Papam, qui venator lubrieus, & incorrigibilis erat, quod factum laudat *Turrecremata.* *Idem Victoria* d. l. Propter iniustas dispensationes, & mandata insolentia posse conuocari Concilia generalia contra

contra voluntatem Papæ: hoc quoque tenet Sylvester, & Turrecrements. *Rursum idem Victoria:* Hormisda Papa in epistola ad Episcopos per Hispaniam constitutos. Difficile est, ait, ut cuiusque cor sic prauis cogitationibus induetur, vt se patiatur culpandum fieri, cum nouit se iudicium Concilij subeundum esse. *Canus loco theol. lib. 5. cap. 2. c. finem.* Concilium Constantiense, & Concilium Mileuitanum, quamvis nullius Episcopi Romani auctoritate congregatum: tamen illud Martinus quintus, hoc Innocentius & Celestinus approbavit. Hæc testimonia D.d. Pontificiorum egregie docent, Pontificem Romanum non conferre concilio œcumeno suam *intrauerat.* Sed quid ad rationem §. 13. pro hac conditione allatam, respondebimus: Iam ante respondimus *cap. 3. §. 2.* Summa est: In nomine Christi congregari, non solum est ipsius auctoritate, sed etiam in spiritu & causa Christi congregari. Et, ut demus interpretationem illam esse legitimam, est his petitio principij: quia negamus Pontificem Romanum a Christo habere auctoritatem congregandi concilia. Denique contendunt illi promissionem istam Christi conciliis auctoritate Papæ congregatis alligari. Sed hoc refutat *Canus loc. theol. lib. 5. cap. 4.* his verbis: Concilium generale, etiam Romani Pontificis auctoritate congregatum errare in fide, demonstratur aperte exemplo concilij Ephesini. Sed plura de hac conditione vide supra *cap. secundo vers. tertio.*

XVI. Secunda conditio est, neminem in generali concilio recte praesidere, nisi sumimum Pontificem, aut alium eius nomine. Sic quidem videtur Bellarmine *lib. 1. cap. 4.* Idem tamen d.l. *cap. 5.* ait de Concilio Constantiopolitano I. quod fuit secundum œcumenicum, in ipso neminem ex occidentalibus fuisse, siquidem Damasus Papa Romæ coegerat aliud concilium in eundem finem. Quid igitur, Bellarmine? An hoc Concilium non fuit legitimum? Ais, duas illas synodos, Constantinopolitanam & Romanam propter animorum & sententiarum coniunctionem censerit unam. Quid audio? Concilium est cœtus in unum locum congregatus: neque distractis partibus efficitur, ut tu ipse fateris. Quomodo itaque duas illas synodos, una in qua p̄cedit Theodosius Imperator; altera, in qua p̄cedit Damasus, possint censeri una numero synodus? Porro tu idem, Roberte Bellarmine, *lib. 1. cap. 19.* ait de Concilio Nicæno: Potuit quidem Eustathio ob eius sanctitatem & antiquitatem primus concedi locus. Quis vero iste locus? Non præfessionis, ut tute vis, sed præsidentiae, ut supra probauimus ex *Niceta libro quinto thesauri capite sexto.* Sed de hac conditione vide supra *cap. septimo & octauo.*

XVII. Tertia conditio est, solos Episcopos habere vocem decisum in conciliis; viros doctos, siue sint seculares, siue regulares, consultiuam duntaxat, ut sunt verba *Iohannis de Turrecremata lib. 3. cap. 4.* Atqui omnes Presbyteri sunt Episcopi, siue pastores. Sic enim *Alphonsus de Castro lib. 1. aduers. hæres. cap. 6.* ait: Sacerdotes omnes Pastores sunt. Similiter *Salmeron in Eph. 4. disput. 10.* Per Pastores (inquit) in his verbis Pauli ego intelligo Episcopos & Presbyteros vni ciuitati pascendæ affixos, & curam animarum habentes, quibus est annexum officium docendi, quo oves suas pascant. Si quid autem in his verbis discriminis est, Pastor dicitur respectu ruditum & simplicium, Doctor vero respectu eruditiorum. Sed videamus rationem *Bellarmino lib. 1. de Concil. cap. 16.* Episcopi vocantur ad concilia, non quia docti sunt, sed quia sunt Principes, habeentes Ecclesiasticam iurisdictionem. Quid vero de hac ratione iudicent alii Papista, audiamus. *Arelatensis Cardinalis, ut refert Aeneas Sylvius in gestu Concilij Basil. ait:* Vulum est nobis, & Spiritui sancto (inquit *Iacobus in Concilio Hierosolymitanus.*) Vox nobis reseretur ad illud, quod præcessit, ubi nominantur Apostoli & seniores. Et verbum *vulum est,* non consultationem illius, sed decisionem significat. Quid prohibet exemplum Apostolicum imitari? In Concilio Nicæno primo Athanasius presbytere solus argumentationes Arianorum disturbabat. Constantiensis synodi recens est memoria, ubi ego, qui nondum Cardinalis vel Episcopus, sed tantum doctor eram, interfui, vidique sine difficultate inferiores cum Episcopis ad decisionem admitti rerum arduarum. Quin etiam in Pisano concilio, & amplissimo Lateranensi iudicasse Presbyteros una cum Episcopis non est ambiguum. Præterea si Abbates, ut in omnibus conciliis obseruatū vidimus, vocem habent decisum, quia ordines à Christo instituti non fuerunt; cur non Presbyteri, quorum ordinem Christus per discipulos instituit, si soli Episcopi, ut Panormitanus vult, vocem decisum haberent, ubi nunc fides Catholica, cum præserit Episcopi delicijs indulgent, solifere Presbyteri, pro vnitate Christi persecutiones sustineant? Episcopi videtis quam pauci nobiscum sint, & haec vota intelligitis, quod omnes voluntati Regis dixerunt se parere velle, nullus Dei. *Stella in Lue. 6. ita scribit:* Qui fieri possit, ut aduersus hæreses disputet, qui non est theologus? Quod si responderis, quod hi Episcopi secum ducunt doctos theologos, qui eos illuminent & doceant, quid dicturi sunt, ut in nostro Concilio Tridentino nostris temporibus contigit, in hac quidem re non possum mihi risu temperare: melius sane Episcopii facerent, si Episcopatus suos theologis renuntiarent. De his vera est Domini sententia. Si cœcūs cœcum ducit, &c. His itaque verbis paradoxum Bellarmini refutatur. Quid enim? An ratione est consentaneum, ut in fidei negotio, docti causam disceptent, indocti iudicent; ut acute cernentes colorem cernant, cœci discernant? Recte itaque *Acosia lib. 4. de Indorum salute cap. 10.* Qui non potens est exhortari in lana doctrina, & contradicentes arguere, temere doctoris in ecclesia usurpat locum. Porro *Ecclesius in Enchirid. tract. de Conciliis* diserte scribit hoc p̄dicto: Etiam laici possunt interesse conciliis, ut consiliarij. Sed redeamus ad *Cardinalem Arelatensem.* Ille d. lapid. *Aeneam Sylvium ait:* Si soli episcopi vocem decisum haberent, id demum factum iri putes, quod nationi Italicae placet, quæ omnes alias nationes sola numero Episcoporum aut superat, aut exæquat. Huic succinit *Epiphanus Episcopus comment. in 2. Timoth. cap. 4.* Factum est in hisce posterioribus seculis, ut, quod merito in Concilio Basiliensi Cardinalis Arlatensis quærebatur, in Conciliis idem fiat, quod nationi placet Italica: ut quæ sola Episcoporum (quia ipsi soli vocem decisum illic habent) numero alias æquæ & superet, sicut scripsit Pius secundus (*Aeneas Sylvius*) in eius Synodis gestis. Hæc illa est Helena, quæ nuper Tridenti obtinuit. Ex his patet, nullum maius præiudicij argumentum esse posse, quam liberis doctorum hominum suffragiis exclusi, Episcoporum numero magis quam iudicio, id est, nominum fuso, non rerum ponderare, superare. Quod est ecclesiam omni libertate priuare, non modo infallibiliter, sed vel probabiliter iudicandi. Hoc addo ex *Bellarmino lib. 1. de Rom.*

Pontif. cap. 27. Sanctus Hieronymus, & Sanctus Thomas Aquinas, simplices Presbyteri fuerunt, & tamen multis sanctis Episcopis, & summis etiam Pontificibus præponuntur. Cur itaq; Bellarmine, omnes presbyteros postponit episcopis, & quidem indoctis, inferendo suffragio decisio? Quantum quid dico? Non postponis, sed plane excludis ab hoc munere. Sed exemplo illustremus, quid possint episcopi illiterati. Ex sexcentis episcopis, qui ad concilium Ariminense conuenerant, nemo fuit, quis sciret, quid sibi *opus C. vellet.* Hinc cum Ariani synodo proponerent, utrum vellent Christum colere, an *opus C.*; omnes clamabant, se nolle *opus C.*, sed Christum. Vide apud ipsum *Bellarmino lib. 2. de verbo Dei. 10.*

XVIII. Quartam conditionem inspiciamus: Non sola Scriptura, sed Scriptura & traditiones non scriptæ, sunt norma iudicij in concilio. Contra Patres, Scripturam habent pro vna regula fidei & vitæ nostræ. *Chrysostom.* Exactissima est sacrarum literarum regula. *August.* Statera diuina. *Anselm.* Lucerna in rebus iudicandis. *Epiphanius.* Ex harum consequentia vniuersitatis que questionis mentio descendit est. *Hilar.* His hereticis sunt corrigendi. *Athanasi.* Et lapidandi. *August.* Ad has recurrentum. *Chrysostom.* Ad has solas. *Origen.* Extra sanctas Scripturas sensus nullus sanctus. *Basil.* Omnis operatio abominanda. *Chrysostom.* Omnis cogitatio claudicat. *Hieron.* Nihil recipientum. *Cyrill.* Nihil credendum. *Hilar.* Nihil defendendum. *Damasen.* Nihil perquirendum. *Ambros.* Nihil loquendum. *Bernhard.* Nihil audiendum. Loca vide apud *Mortonum apol. cath. part. 2.* vbi & illa Papistarum allegantur. 1. Quæ necessaria sunt ad salutem, ea per scripta sunt omnia. 2. Omnis legum morumque ratio. 3. Omnis doctrina necessaria viatori in Scriptura continetur. 4. In hac armatura Catholicorum. 5. Ex hac qui vere loqui desiderat, sumere debet, quod loquatur. 6. Nec existimat dogma veritatis necessarium, quod non probatur ex Scriptura. Vide loca authorum apud *Mortonum nostrum.* Dicamus itaque cum Constantino Imp. præside Concilii Nicæni: Ex verbis diuinitus inspiratis, libris Apostolicis, sumamus questionum explicaciones. Et cogitemus illud *Bellarmino epist. 91.* Ad illud Concilium toto desiderio feror, in quo traditiones non oblitinatus defensantur, nec superstitionis obseruantur. Sed quid multa? Quam normam concilium Hierosolymitanum *Aet. 15.* sibi proposuit, illa cuiuslibet concilio debet esse proposita. Atqui concilium Hierosolymitanum proposuit sibi Scripturam: quia videlicet mensura fidei adæquata. E.

XIX. Quinta conditio est, ut Pontifex Romanus pro summo iudice habeatur in concilio. Sic enim *Salmeron comment. in epist. Pauli in genere, dispositio.* Cum (inquit) Scriptura obscura sit & difficilis, nec per eam solam lites oborta terminati queant; supereft ut certum aliquem iudicem nobis designatum adest. At hic alias non est habitans, quam is, qui semper fuit Romanus Episcopus. Rationem adferit Bellarmine: Quia eius interpretatio est sensus Spiritus sancti. Sed hic blasphemia certat cum falsitate. Nam blasphemauit est, Scripturam esse iudicem inferiorem, Pontificem Romanum superiorem, & eius interpretationem esse sensum Spiritus sancti. Nam Scriptura sacra est ipsum Dei verbum, & sancta ipsius voluntas, siue, ut Gregorius eleganter loquitur, epistola Dei omnipotentis ad creaturam suam; in qua verba Dei sonant, & cor Dei discitur. Quomodo itaque Pontifex potest esse iudex & dux certior, quam hæc epistola, quæ ad ipsum & quæ pertinet, atque ad alios. Deinde Pontifex Romanus se penumero labitur & errat, etiam qua Pontifex: ut in Concilio Tridentino, ubi contradixit Scripturis vel millies. Quis amabo dicat interpretationem illam, quæ pugnat cum verbo Dei, esse tensum Spiritus sancti? Falsum porro est, quod Episcopus Romanus semper sit habitus pro iudice infallibili controversiarum fidei. Nam veteres Pontifices Romani sequebantur ductum S. literarum, & illas venerabantur.

XX. Sexta conditio totidem verbis occurrit apud *Gregorium de Valentia lib. 8. Analyt. de dict. 3.* Putat nempe bonus ille Hispanus, Pontificem infallibiliter definire, siue in definiendo adhibeat diligentiam, siue non adhibeat. *Cōtra Bellarmino lib. 1. de Concil. cap. II.* Non debet Pontifex expectare diuinā reuelationē, sed ordinarium mediū adhibere. Et ita *Canus in locis theol. lib. 5. cap. 5. ait:* Duplex discrimen inter sacros authores, & summum Pontificem Patresque Concilij reperitur: vnum est, quod sacri Scriptores ex proxima Dei reuelatione & inspiratione scribunt Catholica dogmata; at oportet Pontifices humana via ingredi, & rationes pensare, diligentiamque adhibere. Rationem addit. Nam & Apostoli & Seniores congregati in Concilio Hierosolymano, magna facta conquestione, tum ex rebus anteractis, tum etiam ex Scripturis Prophetarum de re proposita, & in questionem vocata sententiam tulerunt. Quid vero *Stapletonus* ad hæc? Debet (quamvis non necessario) Pontifex adhibere diligentiam ad rimandam veritatem: huius tamen doctrina est discursiva in medijs, & Prophética in conclusione: *lib. 8. de doctr. prin. cap. 14.* Quæ verba nobis viam sternunt ad septimam conditionem; quam *Gregorius de Valent. d. 1.* sic enuntiat: In disputationibus, quæ circa questiones fidei publicas versantur, velatio qui in controvèrsiam vocantur, consulta Ecclesia, concludendo quidem & asserendo nunquam errat, in medijs autem ipsi & argumentis hallucinari & aberrare possit, falsa promissa Ecclesiae infallibilitate in conclusione. Quis vero hic non exclamat: *Non posse aitne aitne aitne?* Nimurum Papa argumentari potest sine argumento, siue concludere sine medio. Et facile adducimur, ut hoc credamus. Sancit enim sua decreta sine præmissis, ex suo cerebro.

Sic volo, sic iubeo: stat pro ratione voluntas.

Vtinam Pontifex illud sui Feri, minime profecto feri, in *Aet. 15.* sibi ob oculos ponret: Cum magna inquisitio esset. Vide quam prudenter agunt: non precipitant sententiam, sed singula expeditunt. In rebus fidei non sat est dicere, volumus & mandamus. Quid mirum, si in hoc Concilio fuerit Spiritus sanctus? Nos autem aliter conuenimus, nosque ipsos querimus, itaque nobis pollicemur quiduis nobis licere de plenitudine potestatis. Et quomodo Spiritus sanctus huiusmodi conuentus probare possit?

XXI. Ad extremum quid videtur de ultima conditione? Mirum hic scribunt aduersarij. Sic enim *Stapletonus de princip. doctr. controu. 3. quest. 7.* Ius confirmandi aut infirmandi concilia tam œcumena quam particularia est penes Pontificem Romanum. *Bellarmino lib. 2. de Concil. cap. 18.* ait, Papam, ut Concilij præsidem, teneri sequi in decreto formando maiorem partem suffragiorum: at, ut Principem Ecclesiaz sumum, posse retractare illud iudicium, & non sequi maiorem partem. Quis Oedipus expediat hoc an-

gma Bellarmini. Sribit ille lib. 1. de Concil. cap. 19. Pontifex, vt Pontifex, est Concili præses. Et è consueto: Præses conciliorum est summus ecclesia Pontifex. Hie vero: Non erit Pontifex vt præses. Sed bene est, quod addit Bellarminus l. 2. c. 18. Contraria est sententia quorundam Catholicon. Audiamus etiam Cusanum Cardinalem lib. 2. de concord. Cathol. c. 20. Ex multis Pontificis exemplis, Papam synodice a Pontificibus concluia mutare non posse, Leo Papa quidē decreto Cœcili Chalcedonensis reclamabat, & post eū alij: & tñ decretum illud semper obtinuit: nā contra Canones non est dispensatio, sed dissipatio. Verū enim uero Papæ omnia licent. Quiditaq; mirū est, q; hoc quoque priuilegium sibi arrogat, vt pro arbitrio suo abrogeta est concilij, imo a se quoque confirmata relaxet? Olim Concilia dupliciter confirmata fuere: veledicto, vel assensu. Edicto, cum lege lata populus Concilij a ea fulciper iubebatur, & quidem paternè. Sic enim Constantinus apud Ensebium de vita conf. lib. 8. c. 18. ad omnes ecclesiæ scribit: Vos spero, quod in urbe Roma, in Italia, in Africa, in Libya, in vniuersitate Græcia &c. cōsentiente sententia conseruatur, hoc etiam vestra prudentia approbaturos. Assensu, cum quis testaretur se assentiri ijs, quæ essent in concilio definita. Et hic modus confirmandi communis fuit Pontificib. Romanis cū alijs Episcopis. Exemplum huiusmodi assensu est apud Sozomenum lib. 2. c. 15. vbi Euzebius Nicomediae, & Theognis Nicæ Episcopi: Concilium, inquit, consentientibus animis confirmare decreuimus. Et legati Macedoniorum apud Socratem lib. 4. c. 11. Cœnilia, inquit, Episcoporum recte de religione sentientium, quæ Lampaci & Smyrnæ habita fuerunt, nostro approbamus assensu. Et ita quidem veteres confirmarunt Concilia. Quomodo Papilla confirmat? Edicto arrogantia pleno. Sic enim sonat illud in Bulla Pij IV. Pontif. super confirm. Concil. Trident. Mandamus in virtute lancæ obedientia, & sub pœnis a sacris Canonibus constitutis, alijsque grauioribus, arbitrio nostro infligendis; vniuersis & singulis venerabilibus Patribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibusvis eccliarum Prelatis, curiuscumque status, ordinis, gradus, ac dignitatis sint, vt eadem decreta in ecclesiis & Diocesis suis obseruent. Ecce omnia plena sunt tyrannidis? Nam tyrannis est, quod Pontifex Patribus Concilij præmittere solet instructionem suam, per legatos suos, ante Concilij definitio nem. Tyrannis est, quod ante confirmationem Pontificis, Concilium non est infallibilis authoritatis. Tyrannis est, quod vbique ante Concilium, in concilio, & post concilium sonat vbique imperiosum illud *Volumus & Mandamus*. Vnde Fetus in Ad. 12. recte scribit: Nos aliter conuenimus, quam Apostoli, per *Volumus & Mandamus* quiduis sub prætextu plenitudinis potestatis. Vbi non possim, quin illud rogem ex Bellarmino. Quomodo Episcopi in concilio sunt iudices, si tenentur sequi instructionem Pontificis, & si concilium omnem suam authoritatem habet a confirmatione Pontificis? Sunt nempe iudices, non iudicantes. Si sunt iudices, tunc tenet Pontifex sequi maiorem partem Episcoporum. At Leo Pontifex sententiam a maiore parte Episcoporum in concilio allatam irritabat. Si non sunt iudices, habemus quod volumus. Verum quo abimus? Breuem collationem instituamus inter collegium Hierosolymitanum Ador. 15. & Concilium Pontificium. Constat enim apud omnes, in exemplo Concilij istius Apostolici, seu clarissimo speculo, Concilij legitimi formam genuinam, & hypotyposin longe pulcherrimam nobis exhibeti.

XXII. Itaque in Concilio Apostolico, 1. Petrus personaliter adest, Jacobus præst. 2. Omnia concordabant cum verbis prophetarum. 3. Magna disquisitio siebat. 4. Conveniunt Apostoli & Presbyteri, vocemque decisionam habent. 5. Præmissæ & conclusio concordant, ver. 19. Propter quod ego iudico, id est, vt *Catechismus in d. l.* explicat, quia dicta Petri video consonare cum prophetis, Ego iudico. 6. Placuit ipsis in unum collectis mittere ad fratres altos, Petrum & Iohannem. At in concilio Papali, 1. Papa concilis personaliter adesse non solet, at solus præesse per legatos cupit, atque etiam præst, solusque iudicat. 2. Non ex solis Scripturis quæstiones deciduntur. 3. Papa etiam diligentiam non adhibuerit, tamen infallibilitatem iudicat. 4. Soli Episcopi sunt iudices, & vocem decisum habent. 5. Papa, licet eret in præmissis, tamen eius iudicium est infallibilis veritatis. 6. Pontifex mittit legatos ad Concilium cum instructiōne, sine qua decretum non est formandum: nec quod sanctum est in concilio, ante Pontificis confirmationem ratum est. Ecce Papa legatum mittit ad concilium: cum concilium Apostolicum Petrum mittat legatum. Papa unus distractus ab alijs, Petrus unus cum aliis in unum collectis decreti confirmationem promovet. Denique postquam synodi Patres defuncti sunt suo munere, Petrus Concilij decretum refert; Papa suum adfert, & synodicam sententiam imponit potius, quam exponit. Quis itaque hic non exclamat: Quam distant era lupi nisi?

XXIII. Supersunt quatuor conditiones de numero Episcoporum ad Concilium generale alegandorum: vbi duo tantum notamus. Primo, secundæ conditioni addendum est, vt Episcopi distinguantur. Aut enim veniunt vltro, ob causam priuatam: aut vt legati, siue sua ecclesiæ nomine, siue comprouincialium, siue nationalium; & tum debent esse instructi literis syndicalibus aut encyclijs & iusto comitatu. Deinde, tertia conditio est humana institutionis, & prouide non necessaria.

CAPVT X.

Quanta sit Conciliorum authoritas: vbi imprimis disputatur, An Concilium sit supra Papam?

I. DE Concilij definitione, partitione, necessitate, & causis hucusque pro instituti operis breuitate disputatum est: restat authoritas, vbi cardo disputationis est, Sintne certa & infallibilia Conciliorum iudicia? Nō autem hic est sermo de Conciliis Apostolicis, sed ecclesiasticis. Vbi nos negatiuum, Papistæ affirmatiuum defendunt. Erit autem hæc de Conciliorum authoritate disputatio tripartita. Primum enim consideranda erit authoritas Conciliorum absolute, in se: deinde comparata cum alijs similibus principijs fidei, id est, cum Scriptura, Pontificisque decretis, vt loquitur Bellarminus lib. 2. de concil. c. 1. & nos ex ipsius hypothesi: denique spectata in

causa sua, vnde nempe ista authóritas pendeat. Fusæ autem hoc argumentum exequitur Bellarminus, toto nempe libro secundo, capitulo 19. At nos momenta totius disputationis includemus duobus hisce; quæ superfunt capitibus.

II. Ac vt à prima quæstione initium faciamus, fatemur nō quidem magnam & salutarem esse Conciliorum, quæ legitime celebrantur, in Ecclesia Christi authóritatem: neq; temere in dubium vocanda, nedum à quo uis pro lubitu rejeienda esse, quæ rite semel ex verbo Dei in conciliis definita fuerint. Sed conciliorum tamen iudicium profus infallibile esse, aut solius Pontificis authóritatem in ijs potius, quam omnium aliorum Episcoporum attendandam esse; aut denique in decretis illorum, simpliciter & absolute, hoc est, absque ulteriore examinatione, acquiescere nos debere; hoc demum est, quod omnino negamus: contraq; afferimus, conciliis eatenus tantum assentiendum esse; quatenus eorum definitiones ex verbo Dei pertinent, seu, quatenus eorum decreta ad normam S. Scripturæ congruerē deprehenduntur. Non dubitamus, quin Dominus, sicut promisit, Matth. 18. 20. & 28. 20. Iohann. 16. 13. Ad. 15. 28. piorum cœtibus rite in timore ipsius congregatis interficit, eosque Spiritu suo regat. Sed hoc quoque scimus, nullos, quantumvis pios & doctos, extra communem hominum sortem, qui ignorantiae & erroribus sunt obnoxii, ponendos esse, præter solos Prophetas & Apostolos, qui Dei impulsu locuti sunt, Ephes. 2. 20. 2. Timoth. 3. 16. 2. Petr. 1. 21. ita vt Conciliorum decreta eatenus sint admittenda, quatenus cum verbo Dei consentiant, Ioh. 5. 39. Ad. 17. 11. 1. Ioh. 4. 4. Non itaque illimitata est conciliorum authoritas.

III. Nam quod attinet ad doctrinam Ecclesie, negamus ullam Christianam synodum indicatam esse, aut indici posse, ad nouum aliquem fideli articulum condendum: quandoquidem solus Deus imperium habet in conscientiam & fidem, 1. Corin. 7. 23. et que vnicus ecclesiæ legislator, Iacob. 4. 12. q; ui absolute fidei & vitæ canonem in verbo suo nobis prescripsit, 2. Timoth. 3. ver. decimo quinto, 16. 17. Deuteronom. 4. 2. & 12. 13. Gal. 1. ver. 3. 9. ita vt traditionibus humanis & supplementis conciliorum nihil opus sit, Matth. 15. 9. Nam, vt recte ait Augustinus epist. ad Iamuarium, si que Christus retinet, quis nostrum dicet hoc velillud esse? & si quis hoc dicat, quomodo probabit? Ft, vt ait Athanasius lib. contra gentes, Scripturæ sufficiunt ad omnem veritatis institutionem. Et sine harum autoritate garrillas fidem non habet, vt sunt verba Hieronymi in epist. ad Titum. Atque hæc de authoritate conciliorum, quantum ad dogmata.

IV. Nunc quod attinet ad externam Ecclesiæ politiam, duplex regula generalis ab Apostolo prescripta est: vna, vt omnia referantur ad ædificationem; altera, vt decenter & ordine omnia fiant, ne æræ in ecclesiam inueniatur, 1. Cor. 14. ver. 26. 40. Potest igitur concilium, vt & quælibet Ecclesia, in rebus hisce medijs certos canones, pro diuersa temporum & locorum circumstantia, coudere, Ad. 15. ver. 28. 29. Vbi perpetuo distinguendi sunt liberi isti ritus a doctrina, quæ conscientiam attingit: secundo eidendum, ne multitudo ceremoniarum inueniatur, quæ veteris testamenti statum & umbras nobis postliminio reponat: denique ne ceremonia lapient superstitionem, quæ populum plus lati ad idolatriam propensum, in errorem abripant.

V. Atque ita nos sentimus de authoritate Conciliorum absolute & in se, quod nempe sit illimitata, & proinde simpliciter nos non obliget. Contra Papistæ sentiunt, Concilia à Pontifice Romano approbata habere authoritatem illimitatam, & simpliciter obligatoriam, ita nempe, vt quidquid in illis decernitur, sit acceptandum, tanquam ipsius Dei oraculum. Quæ sententia, portentosa profecto, nititur. Ista illa hypothesis, quod Pontifex Romanus sit caput ecclesiarum, quodque, vt Pontifex, errare non possit in decidendis controversiis fidei & morum, quæ in Ecclesia pro tempore oriuntur. Sed haec hypothesis à Chamiero fulc confutata est, tom. 2. & nos aliquid hanc in sententiam diximus c. præc. §. 14.

VI. Sequitur itaque de authoritate conciliorum per comparationem ad alia fidei principia, vt loquitur Bellarminus, id est, ad verbum Dei scriptum (nam de traditionibus eadem ratio) & ad Pontificem, lib. 2. c. 12. In quibus verbis negamus ista tria, 1. Concilia esse principium fidei simpliciter, 2. Pontificem esse principium fidei vlo modo. 3. traditionum & Scripturæ esse rationem eandem. Sic itaque dicimus. Authoritas Conciliorum comparatur cum authoritate Scripturæ, vel Papæ. Quod attinet ad comparationem cum S. Scriptura, Bellarminus d. c. summarim ista docet. Hæretici huius temporis passim clamant, nos subiictere Scripturam conciliis. Sed non ita est. Catholici enim Scripturam sacram nō subiicunt, sed anteponunt Conciliis, q; si interdū Catholici aliqui dicunt, Scripturam pendere ab Ecclesia, siue à Concilio, nō intelligunt quoad authoritatē, & secundū se, sed quoad explicationē, & quoad nos. Observandum igitur est, multiplex esse discrimen inter Scripturam & Conciliorum decreta: ex quibus intelligitur, Scripturam præponi Conciliis. Nam 1. Scriptura est verbum Dei immediate reuelatum, & scriptum quodammodo dictante Deo. At Concilia non habent, neque scribunt immediatas Dei reuelationes, aut verba Dei: sed tantum declarant, quodnam sit verbum Dei scriptum, vel traditum, & quomodo intelligi debet, & præterea ex eo per ratioinationem deducunt conclusiones. 2. Scriptores sacri non multum debuerunt laborare in suis libris edendis; quia nempe Deus ipsorum linguam & stylum regebat modo extraordinario. At Patres in conciliis debent rem ipsam querere, id est, conclusiones inuestigare, disputando, legendo, cogitando. 3. In Scriptura non potest esse viles error, siue agatur de fide, siue de moribus: siue affirmetur aliquid generale, & toti Ecclesiæ commune, siue aliquid particolare, & ad unum tantum hominem pertinens. At Concilia in iudicij particularibus errare possunt. 4. In Scriptura non solum sententiae, sed etiam verba omnia & singula ad fidem pertinent. Credimus enim nullum esse verbum in Scriptura frustra, aut non recte positum. At in Conciliis maxima pars actorum ad fidem non pertinet. Non enim sunt de fide disputationes, quæ præmittuntur, neque rationes, quæ adduntur, neque ea, quæ ad explicandum & illustrandum adferuntur: sed tantum ipsa nuda decreta, & ea non omnia, sed tantum quæ proponuntur tanquam de fide. Interdum enim Concilia aliquid definiunt, non vt certum, sed vt probabile. Denique in ipsis decretis de fide, non verba, sed sententiae tancū ad fidem pertinet. 5. Scriptura non eget approbatione Pontificis, vt sit authentica, sed tñ, vt innotescat ei^r authoritas. At concilia etiā legitima, & generalia, non sunt rata, nisi à Pontifice confirmantur. Hactenus Bellarm.

VII. Hinc itaque patet, Bellarminum comparare autoritatem Conciliorum cum autoritate Scripturarum distinetur: ut, scilicet, ostendat, utrum ha-
rum maior sit, partim respectu sui ipsius, partim respectu nostri. Statuit au-
tem, Scripturæ sacræ auctoritatem in lese, hoc est, simpliciter & absolute,
maiorem esse auctoritatem conciliorum; quia videlicet Scriptura sit imme-
diata diuina, siue ~~deus~~ ^{deus} ~~est~~ ^{est}, ut videre est 2. Tim. 3. & 2. Petr. i. Interim quoad
nos, hoc est, quantum ad fidem nostram, quam Scripturis adhibemus; item
quantum ad explicationem Scripturarum, existimat, maiorem esse concilij,
quam Sc. i. ppteræ auctoritatem. Itaq; respectu nostri statuit, concilij autho-
ritatem maiorem ac certiorem esse auctoritatem S. Scripturarum.

VIII. Sed nos aperte dissentimus, vt qui vtroque modo maiorem Scripturæ, quam concilij authoritatem esse asserimus. Cuius sententiae rationes euidentes adferuntur a Chamiero tom. 1. è quibus duas hoc loco adferre videtur operæ pretium. Quarum prima ab ipso Bellarmino hic allata est, dum in primo discrimine asseruit, Scripturam esse verbum Dei immediate reuelatum, & scriptum quodammodo dictante Deo, iuxta illud 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti homines. Et 2. Tim. 3. Omnis Scriptura est diuinitus inspirata. Si itaque Scriptura est diuinitus inspirata, necesse est vt prædicta sit diuina authoritate. At quod reuera tale est, id diuinam quoque vim habet scilicet insinuandi in animos hominum piorum, hoc est, originem suam eis ostendendo. Hinc igitur efficitur, etiam quoad nos, seu respectu nostrí, certiorem esse Scripturæ, quam Concilij authoritatem: quia nimur diuina authoritas est maior & certior humana, & reuera nulla est authoritas, quæ nulli adhuc indicata seu reuelata est, vt quæ semper respectum haberet alterum, adeo vt videatur contradictoriū, tribuere aliqui authoritatem, quæ per se non possit manifestari. Altera ratio ducitur à communī hominum sensu, qui aperte docet, omnem Conciliorum authoritatem necessario ex Scriptura demonstrandam esse; & consequenter huius, quam illius, certiorem esse authoritatem. Certum enim est illud Aristoteles, vulgo notum: Propter quod unumquodque tale est, id magis tale est. At propter authoritatem Scripturæ, concilijs dénum firmiter assentimur, non autem contra. Ergo. Et certe ipse Bellarminus, quidquid hoc ipso libro de conciliorum authoritate affirmat, id omne principaliter ex Scriptura demonstrare nititur. Quod dum facit, maiorem huic quam nimis, etiam quoad nos, authoritatem tribuit. Namque aut incertum per certius probare conatur; aut suam ipsius sententiam, quam hoc loco propugnat, omnino euertit.

I X. Quinetiam hic aperte ijs contradicit, quæ statim initio primi Tomi de S. Scriptura, aduerlus Libertinos & Schwenckfeldium, disseruit: nimirum recte illic afferens, sacram Scripturam esse ipsum Dei verbum, & primum fidei nostræ principium, seu fundamentum. Id quod sane cum ista thesi perspicue pugnat, quippe quæ maiorem concilijs, quam S. Scripturæ autoritatem, etiam respectu nostri, attribuit. Et, ne hoc præterea; quod Bellarminus sub finem c. 12. ait, concilia & Scripturam esse infallibilis veritatis, ideoque æque certa dici posse, plane falsum est. Nam Concilia nec per se æque certa sunt, vt Scriptura sacra, nec pari gradu certa sunt, licet id dicant, quod Scriptura dicit: sed res si vna est, quæ Scriptura Concilijsque traditur, ea non æque pariteret, sed vna certitudine certa est, atque in infallibili veritatis. Rursus, quod ibidem ait decreta & canones Pontificum & Conciliorum, licet distinguantur, & postponantur Scripturæ sacrae, tamen suo modo esse, & dici posse scripta sacra, & canonica, dicitur admodum æquioce; quatenus nempe cum verbo Dei consentiunt. Nam Scriptura sola & sacra & canonica, & diuina dicitur æquioce.

X. Ex his itaq; non obscur: pater , aduersarios negare quidem, sed res ipsa facere quod nesciant. Dicunt n.s.e Scripturam non subiijcere Concilijs: & tñ Concilia preponunt Scripturis, quantum ad nos, & explicationem ipsarum. Sane qui Dei oracula interpretantur nō ex ipsis Scripturis & ipsarū analogia, sed vt libertas Concilijs suis, iij scripturas subiijciūt concilijs. Rursum, quando traditiones suas ementito verbi non-scripti nomine prædicant, & de eis rationē eandem esse assertunt, & Pontificem inter principia fidei collocant, ita vt ipsius sententia sit peremtoria; dum , inquam , hac omnia faciunt, annon Scripturam traditionibus & decretis Pontificis postponunt. Nam traditio-nes statuunt normam & supplementum Scripturæ , vt pote imperfæctæ : & sententiam Pontificis dicunt esse ultimum refutum, quando Scriptura est ambigua & obscura. Cæterum, quod Bellarminus ait, Concilia in iudicijs particularibus errare posse : verum est. Nos vero hoc etiam addimus, concilia in iudicijs etiam vniuersalibus de fide errare posse. De fide , inquam ; et si non de tota fide totaliter. Hoc enim cum accidit, iam Concilium esse atque ecclesia desinit.

XI. Atque ita paucis disceptauimus illam quæstionem, *An sit maior authoritas Concilij quam Scripture*; quam Bellarminus vnico capite, vide-litteris 12. complexus est. Sequitur illa, *An concilium sit supra Pontificem*, quam idem Bellarminus per traetatu septem capitibus, à 12. ad 19. qui est finis lib. 2. de Concilijs. Eam vero seruat methodum. Cap. 13. docet originem huius quæstionis; quod illa primo disceptata sit in Concilio Pisano, tum in Constantiensi, & omnium acerrime in Basiliensi. Addit obseruationem, quod duobus modis possit comparari Papa cum Concilio: uno modo, ut sumatur ab una parte solus Papa verus & indubitatus, ab altera Concilium generale, cui præsit Papa per se, vel per legatos, ita ut nihil definitur sine consensu illius: altero modo, ut sumatur ab una parte solus Papa, ab altera Concilium generale, cui Papa nec per se, nec per suos legatos præsit. Dicit, quæstionem propositam præcipue versari circa posteriorem comparationem: quod ista quæstio sit introducta propter Pontificum depositionem, id est, ad inquirendum, an Papa etiam inuitus à concilio iudicari, damnari, & deponi possit. De hac itaque quæstione recitat tres Doctorum sententias, cap. 14. Prima est, Concilium esse supra Papam. Secunda est, Papam quidem esse supra Concilium, tamen posse ipsum le subiucere Concilio, & dare illi potestatem supra se. Tertia est, Papam adeo supra Concilium esse, vt etiam non possit se subiucere eius sententiæ, si propriæ de sententia coactua agatur. Atque hanc sententiam defendit Bellarminus, idque hac ratione, ut primo adferat quatuor propositiones, & deinde argumenta nostra soluat. Prima propositio est cap. 15. Romanum Pontificem esse pastorem & caput non solum omnium ecclesiæ particularium, sed etiam totius vniuersalis ecclesiæ simul congregatæ, à Christo immediate constitutum. Secunda est cap.

16. Summam potestatem ecclesiasticam non esse in ecclesia, vel concilio, remoto Papa, formaliter aut suppletive. Tertia est cap. 17. Summum Pontificem simpliciter & absolute esse supra Ecclesiam vniuersam, & supra concilium generale, ita ut nullum in terra supra se iudicium agnoscatur. Quarta est cap. 18. Summum Pontificem non posse committere, neque concilio, neque vlli homini supra se iudicium coactiuum, sed tantum discretiuum. Capite 19. & postremo soluit argumenta nostra. Hanc Bellarmini methodum sequimur, & reddas.

XII. Quod ait, questionem hanc exortam esse tempore concilii Pisani, quod celebratum est anno 1409. & quidem occasione schismatis, quod inter Gregorium XII. & Benedictum XIII. exortum fuit: labentes admittimus, atque hinc colligimus, ante hoc tempus apud omnes pios in confessio fuisse, Concilium esse supra Papam. Ita sane *Concilium Nicanum primum*, ut alij Patriarchis, ita & Romano suam diocesim attribuit, & illius curam agere iussit: ut testatur Canon sextus concilij illius. *Sirmiensis Concilium* statuit, ut Liberius & Felix simul Romanam administrarent ecclesiam, & super ea re literas ad Felicem expediuit, qui literis synodalibus paruit: de quo *Sozomenus lib. 4.c.15.* Idem *lib. 3.c.8.* author est, *Antiochenum Concilium* grauiter reprehendit Iulium Episcopum Romanum, quod non nullos contra leges ecclesie in communionem receperat, quos synodus damnasset, & minati sunt, se similiiter cum illo facturos. *Chalcedonense, Constantinopolitanum I. & II.* Concilia oecumenica, Episcopum Constantinopolitanum aequauere Romano. Sic enim habet can. 30. Concilij Constantinopolitani II. Renouantes que à C L. Patribus, qui in hac à Deo seruata & regia vrbe conuentum egerunt, & sexcentorum triginta, qui Chalcedone congregati fuerunt, instituta sunt, definimus, ut Constantinopoli sedes patrem habeat dignitatem sed antiquioris Roma, & in ecclesiasticis negotiis atque atque illa magnificetur: cum sit post ipsam secunda: post cam autem Alexandrinæ magna vrbis, & post hanc Hierosolymorum Episcopus succedat. *Concilium Carthaginense VI.* cui interfuit Augustinus, Celestini Episcopi Romani ambitionem coercuit, & appellantes ad eum ex Africa excommunicauit. *Concilium Chalcedonense*, quod est quartum oecumenicum, excommunicauit Honorium Papam propter heresim Monotheletarum. Idem *Concilium* (ut paulo ante diximus) eadem priuilegia paremque autoritatem tribuit Episcopo Constantinopolitano cum Romano, actione 15. canone 28. frustra repugnantibus legatis Romani Pontificis. Et cum in act. 16. eiusdem concilii Paschasius & Lucentius Pontificis Romani legati petiissent, ut hoc decretum rescinderetur, non potuerunt impetrare, sed responsum est primo à Patribus concilij: *Neque in occulto gestum est, neque modo sursum gesta sunt, consequenter atque canonice facta.* Et cum Lucentius dixisset, Episcopos subscrivere illi canoni coactos, clamauerunt episcopi: *Nemo coactus est.* Idem singuli pro se postea testati sunt. Tandem post multa dixerunt Patres: *Hac iusta sententia, hac omnes dicimus, hoc iustum decretum.* Quia constituta sunt, valeant. *Hac iusta sententia. Omnia ordinata decreta sunt.* Ad extremum viri illustrissimi iudices dixerunt: *Quod interlocuti sumus, tota synodus approbavit.* Atque ita Concilium fecit decretum, & factum approbavit: frustra renitentibus legatis Pontificis Romani, frustra reclamante Leone, & ita ostendit, concilium esse supra Papam. *Concilium sextum oecumenicum*, quod fuit Constantinopolitanum, similiter decretum fecit contra Episcopum Romanum, & contra praxin ecclesie Romanae. Nam canone 36. confirmavit superiorius decretum Concilij Chalcedonensis. *Canone 13.* abrogauit Ecclesie Romanae canonem, quo presbyteri & diaconi à legitimo coniugio arcen-
tur, & statuit presbyteros & diaconos non esse à legitimis nuptijs prohibendos. *Canone 50.* reprehendit ieiunium Ecclesie Romanae. Ergo concilium illud fuit supra Papam. Plura hanc in sententiam vide paulo post. Hinc efficitur, olim concilia fuisse supra Papam: quia ante concilium Pisani ista quæstio non fuit disceptata in utramque partem, sed ipsius affirmativa ab omnibus fuit recepta.

XIII. Quæ cap. 14. differuntur de variis opinionibus circa hanc questionem, nostræ causæ fauent. Nam et si Bellarminus dicat hereticos huius temporis aliter docere, concilium esse supra Papam, quam olim Cardinalis Cameracensis, Gerson, Almainus, Nicolaus Cusanus, Panormitanus, &c. hoc idem docuerunt: tamen contrarium patet ex collatione sententiarum. Illi enim authores eodem modo scribunt, ut nostri. *Cardinalis Camerensis in tract. de potestate Ecclesie* ait, Papam, si abutatur sua auctoritate, posse à Concilio & ecclesia iudicari. *Gerson in tract. de potestate Ecclesie* scribit, Concilium posse iurisdictiōnem auctoritatiū in Papam exercere, ut pote quam dat lex diuina, ne aut ecclesiæ noceat aut sibi, ut phreneticus. Quid? Ipse Bellarminus necesse habet fateri, eandem esse nostram & illorum doctrinam. Ait enim, duo esse fundamenta huius opinionis. Primum, Papam non esse proprie caput ecclesiæ vniuersitatis. Alterum, supremam Ecclesiasticam potestatem esse tam in concilio, quam in Papa, sed in concilio principalius, immediatus, & immobilius. Nam quia Ecclesia semper durat, immobiliter in ea manet potestas soluendi & ligandi. Quod attinet ad primum fundamentum, plane consentimus cum illis auctoribus. Neque valet effigium Bellarmini, nos contendere, Papam nullo modo esse caput Ecclesiæ totius: illos vero authores docere, Papam esse caput & pastorem singulorum Christianorum, & singularum Ecclesiarum, si scotisim sumantur, non autem totius ecclesiæ simul congregatae in concilio vniuersali. Hoc, inquam, non iuuat Bellarminum. Est enim contradictione, Papam esse caput singularum Ecclesiarum, non vero totius ecclesiæ. Perinde est, atque si dicā, Rex Hispaniarum est caput singulorum suorum regnum, sed non Comitiorum, in quibus congregati sunt istorum regnum legati. De secundo fundamento concedimus, illud facere discrimen inter nostram & illorum auctorum sententiam. Nam suprema potestas ecclesiastica soli Christo inest principaliter, immediate & immobilitate, non autem concilio.

XIV. *Prima propositio*, quod Papa sit pastor & caput non solum omnium ecclesiarum particularium, sed etiam totius viuieralis ecclesie simul congregatae, a Christo immediate constitutus: haec, inquam, *propositio negatur*. Sed probat illam tribus argumentis. 1. Petrus est fundamentum, caput, & pastor totius ecclesie, *Matth. 16. Iohann. 20. E. & Papa. 2.* Concilium Chalcedonense in epist. ad Leonem disseretur, Leonem fuisse caput illius concilij: *Quibus, inquit, tu quidem ut caput praeeras.* Idem confirmant alia concilia, ut *Lugdunense, Florentinum, &c.* 3. Rationes idem docent,

Nam Papa est immediatus vicarius Christi. Et ecclesia vniuersalis est vnum corpus visibile. E. debet habere caput visibile, quod non potest esse aliud nisi Papa.

Respondeo ad 1. Negatur antecedens. Nam haec sunt attributa solius Christi: non Petri. Deinde nulla est ratio consequentia. Neque enim Papa est successor Petri; quia fecit secessionem ab ipsius doctrina. *ad 2.* Patres illi non dicunt Leonem ut caput ecclesiae vniuersalis Concilio generali Chalcedonensi praefuisse, sed praefuisse ut caput Episcopis occidentis qui tempore Concilij Chalcedonensis ad Leonem Pontificem Romanum conueniebant. Caput autem dicitur vel ordine, vel perfectione, vel virtute ac potentia primum. In eo cetero Patres Leonem ordine primum esse intelligebant. Bellarminus ad illa omnia abutitur. Reliquorum conciliorum ullam auctoritatem esse negamus, quia sunt de fini Pontificum. *ad 3.* Negamus Papam esse vicarium Christi, ut illi interpretantur, & immediatum esse. Veteres Episcopi Romani, qui faciebant officium suum docendo, ducendo, & lucendo in ecclesia sua, erant vicarii Christi, quo pacto omnes boni pastores funguntur vicem Christi. At non sunt immediati: quia tales erant Apostoli. Deinde ecclesia Catholica, quia talis, non est visibilis. Ergo nec indiget capite visibili. Sed haec suo loco tractata sunt fuse.

XV. *Secunda propositio* æque falsa est atque prima. Sic autem habet: Summa potestas Ecclesiastica non est in ecclesia, vel Concilio, remoto Papa, aut formaliter, aut suppletive. Nos contra affirmamus, summam potestatem ecclesiasticam penes solum Christum esse, deinde vero penes ecclesiam, vel Concilium ecclesiae secundum Christum; idque sine Papa. Ratio primi est; quia summa potestas in est principio primo & radicali, pura capit, principi, patrifamilias. At solum Christus est caput, princeps & patrifamilias ecclesiae catholicae. E. Ratio secundi est; quia ecclesia est sponsa Christi, quæ coruscat radijs sponsi, & proinde secundum sponsum habet potestatem. Ratio tertii est; quia Papa est aut legitimus Episcopus, aut non. Silegitimus; accepit potestatem clauium communiter, vt omnes Apostoli, & eorum successores. Si illegitimus, nullam habet potestatem. Vtique autem modo ecclesia accepit a Christo potestatem, sine Papa, vt pote particulari persona, & quidcetera persona, q̄ iam apostolata a fide Christi. Itaq; summa potestas in Christo est principaliter, in Ecclesia instrumentaliter, in Papa usurpatue.

XVI. *Tertia propositio* continet nucleus huius controversiae, & ita sonat: Summus Pontifex impliciter & absolute est supra vniuersam ecclesiam, & supra Concilium generale, ita vt nullum in tetricis supra se iudicium agnoscat. Hanc propositionem cardinalem probat noster Cardinalis quinque argumentis. Primum sumitur ex duabus praecedentibus propositionibus. Nam si Papa est caput ecclesiae vniuersae, etiam simul congregatae, & ecclesia vniuersa etiam simul congregata non habet ullam potestatem ratione totalitatis sua: sequitur Papam supra Concilium esse, & supra ecclesiam, non contra.

Respondeo. Solus Christus est caput ecclesiae. Ergo solus Christus est supra Concilium. Deinde Ecclesia omnem suam potestatem habet a Christo, sive spectetur totalitas essentia, sive virtutis.

XVII. *Secundo* (inquit Bellarminus) probatur ratione in Scripturis fundata, nam omnia nomina, quæ in Scripturis tribuuntur Christo, unde constat eum esse supra Ecclesiam, eadem omnia tribuuntur Pontifici. Nam Christus est patrifamilias in domo sua, quæ est Ecclesia: est pastor: est caput corporis sui: est vir, sive sponsus Ecclesiae, &c. Et Pontifex loco Christi est patrifamilias, pastor, caput, sponsus ecclesiae, Lue. 12. Iohann. 10. &c. vlt. Eph. 4. & 5. Oeconomus autem lumen est supra familiam, & ab ea iudicari vel puniri non potest. Similiter pastor ita praestet oibis, vt nullo modo ab eis iudicari possit. Porro caput a membris regi, & non ea potius regere, contra naturam est: sicut etiam est contra naturam, quod membra sibi caput praedant, cum forte graviter ægrorat. Denique est contra Apostolum, & contra naturæ ordinem, vt sponsa præstet sponso, & non potius subsit. *Respondeo.* 1. Est horrenda blasphemia, omnia Christi nomina, unde constat eum esse supra Ecclesiam, competere Pontifici Romano. Nam hac ratione Papa fuerit & ecclesiae principium & primogenitus ex mortuis, magnus pastor, princeps pastor, alpha & omega, leo de tribu Iuda, &c. Hæc enim nomina Christo, vt capiti Ecclesiae tribuuntur. At hæc nomina non possunt tribui Papæ, aut cuiquam mortali, citra sacrificium & blasphemiam. 2. Nomina Christi alia sunt incommunicabilia, alia communicabilia. Incommunicabilia: vt, &c., caput, sponsus &c. Communicabilia: vt, & economist, pastor, &c. 3. Bellarminus proponit quatuor nomina. Sed non sequitur: si quatuor ista Christi nomina communicantur Papæ, ergo omnia. 4. Duo quidem priora nomina sic tribuuntur Christo, vt alij etiam conueniant, licet non eodem modo: sed duo posteriora sunt plane arguenda. 5. Duo priora nomina competit Christo vnuoce, & ceteris architectonicis fidis ipsius seruit in Ecclesia, analogice, & ministerialiter: Pastor, & alij sive lupis, sive mercenariis, & equo, & l'os, &c. 6. Christus enim est patrifamilias & pastor Ecclesiae Catholicae, qui a totam familiam Dei, rotunquam gregem ipsius regit & pascit. Alij vero, fideles nempe ipsius ministri, dicuntur patresfamilias & pastores, quia particulares quasdam familias & greges gubernant atque pascunt. Papa denique, & ipsius similes, dicuntur patres familias & pastores, quia sibi arrogantia sacrilegio id quod est Christi proprium, a omnibus Christi seruis contineat communiter. 6. Solus Christus est caput ecclesiae Catholicae: quia illa est, inuisibilis, vniuersalis, vna; & proinde non potest habere duo capita. Hac accedit, quod caput Ecclesiae Catholicae, debet hæc duo coniunctum praestare, influxum & directionem. At hæc duo a solo Christo praestari possunt, & sufficienter praestantur. 7. Solus Christus est sponsus ecclesiae Catholicae. Nam sponsus est vnum corpus cum sponsa, eamque regit, ita acmpe, vt non possit pati iniuriam. 8. Non potest probari ex Lue. 12. Christum constituisse vnum economist super vniuersam familiam suam. Constituit enim multis economistis, i. Cor. 4. Eph. 4. 9. Non potest probari ex Ioh. vlt. Petrum, & eum quidem solum, esse constitutum pastorem vniuersalem Ecclesiae. Nam Petrus constitutus est pastor militarum Ecclesiarum, vt Apostolus: & vna cum eo alij coapostoli. Rursus vt Petrus & reliqui Apostoli sunt constituti pastores multarum Ecclesiarum: ita singuli pastores præficiuntur singulis Ecclesiis. 10. Serui Christi dicuntur patresfamilias & pastores non simpliciter, sed secundum quidquamdi nempe faciunt suum officium. Id vero cum non faciunt, aut negligenter faciunt, vel plane, vel aliquatenus excidunt suo iure. Et tum a familia & grege suo possunt moneri. 11. Similitudines istæ nimis vrgentur à Bellarmino: præter

mentem scilicet & scopum Christi. 12. Pastores sunt membra capitis Christi. 13. Idem sunt capita stirarum Ecclesiarum, quantum ad directionem. 14. Idem sunt paronymphi aut amici sponsi: quo nomine honorario Bernhardus lib. 1. de consideratione Papam Eugenium ornat. 15. Audamus Thomam de Corcellis apud Aeneam Sylvium: Legimus enim, quia Christus est caput Ecclesiae, non Papa. Et illud est verum caput, immutabile, perpetuum, & aeternum. Romanus vero Pontifex nihil plus est, q̄ veri capitum locū tenens: ecclesia vero ipsius Christi corpus, cuius etiā ipse Papa est membrum. Vicarius autem Iesu Christi non in destructionem, sed in ædificationem eiusdem corporis Christi, quod est ecclesia. Quo fit, vt si damnosus & destructor reperiatur, deponi & abjecti queat, non enim id agit, proper quod est institutus. *Idem ibidem.* Nemo sic vicarium suum instituit, vt eius sponsam illi subiiciat. Quinimo plus arbitrij in rebus arduis habere creditur sponsa quam vicarius; cum illa vnum cum sponso corpus existat, vicarius non idem cum domino. Falsa igitur est Bellarmini consequentia, quod vt membra non possunt præcidere caput, ita neque ecclesia possit abjecte pastorem suum incorrigibilem; &c. 16. A Christo ad Petrum, & ab hoc ad Papam in consequens elargumentatio.

XVIII. Pergit Bellarminus, & ait: *Probatur tertio ex verbis expressis Conciliorum, & Pontificum*, cum enim controversia ista sit de potestate Conciliorum, & Pontificum, si inter se Concilia, & Pontifices conueniunt, quid opus est, vt nos litigemus? *Respondeo.* Non sequitur: nam etiā conueniunt, fieri potest vt non conueniant. Tum non eorum omnium, inter quos conuenit, iusta est conuentio; etiam latronibus & monopolis inter se post rixas conuenire frequenter solet. Sed videamus testimonia, quæ allegantur. *Concilium Sinnessanum* in fine ait: Prima sedes a nemine iudicabitur. Similiter *Concilium Romanum sub Sylvestro*: Nemo iudicabit primam sedem. In *Concilium Chalcedonensis* act. 3. leguntur multæ epistola scriptæ ex varijs locis ad Concilium, quæ omnes ita incipiunt: Sanctissimo & beatissimo vniuersali Patriarchæ Magnæ Romæ Leoni, & sancto vniuersali concilio congregato in Chalcedonensi ciuitate. Vbi Pontifex anteponitur toti concilio. *Concilium Romanum V. sub Symmacho* recepit, & approbavit tanquam sua decreta, liberum Ennodij diaconi, in quo sic legimus: Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari. Sedis istius presulem suo sine quaestione referauit arbitrio. Voluit successores Petri Apostoli cœlo tantum debere innocentiam &c. *Respondeo ad 1.* Inconsequens est à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Non enim Patres Sinuellani hoc sibi voluerunt, gam sedem a nemine damnari oportere, qui ibidem damnarunt Marcellinum Papam, quod idolis sacrificasset: sed primo iudicem ipsius appellarent eius conscientiam. Cum enim primo negaret factum, dixerunt, Non ex nobis iudicaberis: tuo enim Pontificio condemnaberis. Deinde hæc synodus fuit particularis, non sequitur autem, si particolare concilium negavit se factum, ergo & Concilio generali abiudicatam esse illam potestatem. Tertio Marcellinus conuictus, scelus suum agnouit, & seipsum damnauit. Itaque Patres illi nolébant iudicare, non quod non possent, sed quod non effet opus ad 2. Et hoc Concilium est particulare. Deinde est Romanum; & proinde suspectum. Tertio multa in eo concilio desiderantur: vt quod in eo cautum & decretum est, Episcopum nonnius a septuaginta duobus Episcopis damnari oportere: contra illud Pauli 1. Tim. 5. v. 19. ad 3. Id vero Concilium maxime facit contra Papæ ambitionem, vt probauimus paulo ante §. 12. Deinde inscriptio illa non arguit, quod Leo fuerit supra Concilium. Nam inscriptiones istiusmodi aut præferabant nomen tantum synodi, non expressiusquam nomine, aut nomen plurimum, aut nomen unius, nempe vel praefidis, vel illius qui primam sedem in eo confessu obtinebat. Sic in actione 14. eiusdem Concilij coniunguntur tres Episcopi: Sanctissimi Patribus, Archiepiscopis, Leoni, Anatolio, Maximo, & omni sancto Concilio. In quam synodo generali perscribuntur literæ ad Mennam Constantinopolitanum Patriarcham, prædictem synodi, & synodum. Hic exprimitur nomen Leonis, vt pote illius qui primam sedem in isto confessu obtinebat. Sed ex his tamen exemplis non potest concludi, vel tres istos simul, vel Mennam præsidem, vel Leonem primo loco sedentem, fuisse supra concilium; non magis certe, quam in confessu politico Consul vniuerso Senatu, aut præses toro concilio maior esse censeri solet. Sed obicit Bellarminus, in fine actionis 3. illius concilii extare epistolam Concilij ad eundem Leonom, in qua eum & caput, & Patrem suum agnoscunt. *Respondeo.* Honorifica est locutio, quæ non debet verti in præiudicium eorum, qui honorem habent alteri. Deinde Chalcedonenses non patrem suum, aut caput suum dixerunt Episcopum Romanum, sed patrem, & caput absolute, respectu gregis & diocesis cui præterat, dignitatisque & officij in gregem sibi commissum; prout fideles Dei seruit ab alijs, qui ad ipsos minime pertinent, vocantur patres. ad 4. Concilium Romanum V. & duo Lateranensia, quæ adferuntur, sunt minuta, & Antichristiana. Quod autem recitat ex Ennodio, non est ex iure diuino, quamvis insertum fuerit iuri canonico. Nimirum Pontifices Romani Sufficiunt sibi sunt. Sed illud fere præterierat quod Bellarminus valde vrget. Diocorus, qui erat Patriarcha Alexandrinus, id est, primus post Romanum, cum tota synodo Ephesina 11. damnatus fuit in Chalcedonensi Concilio, quod iudicare & damnare anfus fuerat Pontificem Romanum Leonem. Cur vero non potuit iudicare Pontificem ista synodus Ephesina, si erat supra ipsum, hoc est, ipsius iudex. *Respondeo.* 1. Non synodus Ephesina, sed Diocorus priuatum, extra cognitionem & confessum synodi, damnauit Leonem, nec vocatum, nec auditum, adeoq; illegitime sine ordine & iure. Hoc itaque nomine Diocorus fuit damnatus a Patribus Chalcedonensibus. 2. Damnatus est Diocorus vna cum Concilio Ephesino propter homicidium, & hæresim.

XIX. Accedant iam Pontifices, ait Bellarminus. Accumulat nempe testimonia quædam ex epistolis, Sermonibus, & Decretis Pontificum Romanorum. Sed quia ambitiosa partis sunt testimonia de se testantis, & simbrias suas contra ius & fas extendentes, & insuper meræ quisquiliæ sunt, in illis nolo immorari. Quartum itaque argumentum examinemus, quod sumitur ex appellatioibus à Concilio ad Papam. Sine controversia enim, ait Bellarminus, semper a minore ad maiorem appellatur. Appellari autem à Concilio ad Papam, non contra, perspicuum est ex Gelasio in epist. ad Episcopos Dardaniz: Ad sedem, inquit, Apostolicam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permisus. *Respondeo.* 1. Appellationes illæ veterum Episcoporum non fuerunt similes forensibus appellatioibus, quando a minore ad maiorem appellatur. Nam Episcopi, qui plures

olim à tyrannis & hæreticis opprimebatur, ad quemuis confugiebant, quem sibi aliquo modo succurrere posse sperabant. 2. Illi ipsi Episcopi, suis sedibus expulsi, ad Romanum Episcopum præcipue confugiebant, non quod is supra Concilia esset, sed quod primus Episcoporum esset, & quod non nullam auctoritatem haberet, qua ijs posset succurrere, & denique quod innocentes per humaniter tractare soleret. 3. Si Episcopi aliqui a synodo particulari ad Romanum Pontificem prouocarent; hoc non probat, illum esse supra Concilium generale. Sic Athanasius Episcopus Alexandrinus, & Paulus Episcopus Constantinopolitanus, in synodis particularibus damnati, & ab hæreticis de sedibus suis deiecti, ad Iulium Episcopum Romanum prouocarunt. Sic Chrysostomus ad Innocentium, & alij ad alios. 4. Aliquando Episcopi non ad Pontificem Romanum, sed ad Imperatorem Romanum prouocarunt: neque tamen hinc efficitur, Imperatorem esse supra concilium. 5. Ista tam crebre, & tam liberæ prouocationes à Concilio ad Papam sepe fuerunt improbatæ, & damnatae, & prohibitaæ: vt in Concilio Carthaginensi sexto vbi cap. 92. habentur hæc verba; *Ad transmarina iudicia qui puzuerit appellandum, à nullo intra Africanum in communionem suscipiat.* Sic in Concilio Nicæno I. can. 5. lanicitur, ut qui excommunicantur, ab aliis nullo modo in communionem recipientur, hoc est, ne ad alios Episcopos peregrinos confugiant, sed prouocent ad illius prouincia Episcopos in synodo congregatos. Nimirum Patres illi intellexerunt, multa inde incommoda in Ecclesijs existere, si appellationes huiusmodi ad peregrinos Episcopos concedantur. 6. Quæcunque exempla Bellarminus adferit, de concilijs minoribus sunt, ac non de generalibus; & proinde nihil ad rem faciunt. 7. Postremo hoc sibi de facto Pontifices arrogant, non vero iure diuino.

X X. *Quintum Bellarmini argumentum sumitur ex approbatione & reprobatione Conciliorum: nam omnia reuocantur tandem ad examen Romani Pontificis, & quæ ille probat, recipiuntur, quæ improbat, rejiciuntur: vt patet ex Basilio, Gelasio, & gestis iphis Conciliorum. Hoc autem est indicium superioritatis.*

Respondeo. 1. Non sequitur ex homonymia. Nam approbatio & reprobatio aut æqualium est ex iure communi suffragiorum, aut superiorum fæciantium propria & singulari authoritate. Prius illud fuisse Episcopo Romano olim concessum iure communi, quia Episcopus, concedimus: posterius vero iniuria postmodum usurpauit; quam usurpationem optimo iure, vi iuri Dei atque Ecclesiæ aduersantem improbamus. Itaque infirmum est hoc argumentum. Non enim qui rejicit, aut approbat Concilium, est supra Concilium: quia multi Episcopi, præter Romanum Pontificem, ista fecerunt, neque tamen ideo censentur supra concilium. 2. Quædam concilia, quæ Romano Pontifici displacebunt, non tamen sunt reprobata, vt Chalcedonense, & Constantinopolitanum primum, quod in iunctum argumentum est, Concilium esse supra Papam. 3. Ex gestis conciliorum quorundam veterum hoc tantum probatur, Pontificem Romanum illa approbase, quatenus habuit ius suffragij commune cum Patribus suis. 4. Non solus Pontifex, sed synodus occidentalis, quæ iisdem temporibus Romæ plurimum habebatur, concilia ista approbavit. 5. Quod Bellarminus adferit ex Gregorio lib. 4. epist. 34. *Cuncta aëta illius synodi, sede contradicente Apostolica soluta sunt: hoc, inquam, facit contra ipsum.* Nam, id factum est ex communi suffragiorum iure ad Papam & ad Ecclesiæ occidentis pertinentiæ; non Principalis authoritatis fastigio. Quidquid postea adiectum est super hæc, allegatio est facti iniqui, non iuris & æquitatis approbatio. Deinde ex eadem Gregorij epistola manifestum est, quam pene nulla tunc temporis fuerit authoritas Pontificis Romani. Nam Gregorius ibi grauiter reprehendit Iohannem Episcopum Constantinopolitanum, quod se œcumenicum Episcopum appellaret. Et hoc fuit unum ex illis decretis, quæ ipse soluta & abrogata esse ait, sic volente sede Romana. Tamen constat ex alia epistola, Iohannem nondum fuisse eo nomine priuatum, sed in sua sententia persistisse. Quidquid ergo ipse soluerit, vel fecerit, Iohannes eius autoritatem non agnouit. Soluit ille quidem aëta istius synodi, quantum in se fuit; interim Iohannes Episcopus Constantinopolitanus remansit idem, qui prius fuit, & habitus est nihilominus Episcopus œcumenicus.

X I. *Quarta Bellarmini propositio sequitur; summum Pontificem non posse committere, neque vlli homini supra se iudicium coactuum, sed tantum discretuum. Nota, inquit, in iudicio perfecto duo quædam reperiuntur: potestatem discutiendi causam, & discernendi; ac iudicandi, quid agendum sit; & potestatem cogendi eum, qui cecidit causa, ad obtemperandum sententiæ contra se latæ. Vtrumque inuenitur in iudice proprio dicto, qualis est Princeps, vel prætor. Primum autem solum reputatur in arbitris. Iam ergo summus Pontifex non potest iudicem proprio dictum supra se constituere; quia potestas ipsius est supra omnes de iure diuino, in quo Papa non potest dispensare. Potest autem arbitros quosdam supra se constituere, vt iudicent Sixtus III. Leo III. Symmachus, & alij, qui cum accusarentur, causas suas in concilio Episcoporum discuti voluerunt: quos tamen Episcopi iudicare ausi non sunt. Unde in Concilio IV. sub Symmacho, omnes Episcopi, cum subscribunt, affirmant, se totum iudicium Deo relinquent.*

Respondeo. 1. Verissima est propositio, non potest committere: quia id commisit Deus concilio atque cuiilibet consellui legitimo. Quapropter nos è contrario dicimus. Nec potest committere (nam si seruus Dei est & Propheta subjicitur Concilio Prophetarum & Ecclesiæ, cui Deus commisit iudicium de seruis suis) nec potest rejicere; sed quamvis nolit, tenetur tamen ecclesia de ipso iudicare, & ipse subire iudicium eius discretuum atque coactuum. Id patet ex I. Cor. 14. 32. Spiritus prophetarum prophetis subjicitur. Quos itaque Deus commisit iudices, eos nullo iure Papa potest rejicere aut declinare. 2. Negamus, Papam esse supra omnes, iure diuino. 3. Si maxime potestas Papæ esset supra omnes: posset tamen nihilominus ille iudicari ab omnibus. Nam alia est ratio potestatis ordinariae, alia extraordinariae dispensationis, secundum quam etiam monachæ in rebus suis se submittunt conciliis & iurisdictioni aliorum. Sic ijdem superiores & inferiores sunt, diuerso modo. 4. Episcopi illi non propterea à iudicando abstinebunt, quod auctoritate iudicandi carerent; sed partim quod reos Pontifices a seipsum & sua ipsorum conscientia ante iudicari malling, partim quod præstatæ iudicarent, si ab alio Concilio & frequentiore cognosceretur, partim etiam quod volentibus cognoscere non liqueret satis. Sixtus, ait Platina, ita cauam dixit, vt ab omib[us] absolugetur. Leo III. re incompta (accu-

sabatur enim adulterii) solenni iuramento se purgauit. Eadem fuit ratio Symmachii. De Leone IV. fuit cognitum coram Imper. Lothario, & delatores supplicio affecti. Sic alij, dum res ecclesiæ integriores fuerunt. Sed, qui securi sunt, ambitionis licentiam suam pro legitimo ordine haberi voluerunt, legitimum iucausa sua iudiciorum ordinem extraordinariæ & voluntariae dispensationi adscribentes. Sed iniquum est (ait Augustinus) ut quisque de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit, 32. questione sexta, cap. nunquam.

X X I. Atque ita quidem disputat hanc quæstionem Bellarminus Cardinalis. *Iohannes de Turrecremata*, itidem Cardinalis lib. 3. cap. 44. alia quædam argumenta habet, è quibus ista quatuor considerabimus. 1. Christus est supra Concilium. E. & Papa, Vicarius Christi. 2. Papa dat auctoritatem conciliis. E. est supra Concilia. 3. Papa dat esse & formam Concilijs: quia Concilia, quæ sine ipius auctoritate celebrata fuerunt, Conciliabula potius quam concilia dicenda sunt. 4. Papa est rector Conciliorum. Rector vero in quoquis conuento est supra eos, quos regit. *Respond. ad 1.* Si bona est illa consequentia, quidni & ista? Christus est supra cœlum & terram, & ipsi commissa est potestas in cœlo & in terra. E. hoc utrumque etiam de Papa, vicario Christi potest dici. Deinde, Papa dum facit officium suum, non est alio modo Vicarius Christi, quam sunt alij Episcopi, iuxta illud *Ambroſii in 1. Cor. 11.* Episcopus habet personam Christi, & est Vicarius Domini ad 2. Etiam Imperatores & Episcopi dant Concilijs auctoritatem, neque tamen ideo sunt supra Concilia. Deinde solus Christus & verbum eius dat C oncilio auctoritatem principalem, non Papa. ad 3. Plurima concilia fuerunt habita, quibus Papa nullam dedit auctoritatem, & in quibus nonnulla ipso inuito & repugnante sancta sunt. ad 4. Rector non est supra universitatem, quam regit, simpliciter, v.g. Princeps senatus non est supra totum senatum, totam rem publicam, simpliciter & absolute, sed secundum quid. Etsi enim universitas aliqua, vt res publica, schola &c. concedit rectori, puta principi, alijue magistrati, omnem potestatem cumulatue, vt loquuntur, non tamen conferit illam priuatiue.

X X II. Postremo loco videamus, quomodo Bellarminus soluat argumenta nostra. Partitur illa in tres classes, his verbis. *Hermannus lib. 3. cap. 12.* *Prolegomenorum* obicit aliquot exempla veterum: secundo argumenta quædam ex Gersone: tertio aliud quoddam ex Concilio Basileensi. *Primum exemplum* est Marcellini, qui in Concilio Sinuesso ab Episcopis dampnatus & depositus fuit. *Secundum* est Melchiadis Papæ, post cuius sententiam iudicauit eandem causam Episcopus Arelatensis. *Tertium* est Liberij, quem Imperator depositus, & postea restitutus in suam sedem, iubens, vt simul cum Felice Romæ & Ecclesiam regeret: quod idem iussit Concilium Sirmiense, litteris ad Felicem datis. *Quantum* est S. Leonis, cuius epistolam in Concilio Chalcedonensi multi Episcopi examinarunt & approbarunt. *Resp. Bellarm.* ad 1. Episcopi damnauerunt quidem Marcellinum, sed postea quam ipse primus se ipse damnauerat, i.e. abdicauerat se Pontificatu. ad 2. Ea causa iterum iudicata fuit, non quia oportet, sed quia voluit Imperator acquiescere Donatistis potentibus aliud iudicium, si forte in duobus iudicijs damnati sanarentur. ad 3. Imperator Arianus id fecit iniuste. Et concilium Sirmiense fuit præcipue Arianorum. ad 4. Leo miserat epistolam suam ad Concilium non ut continentem ultimam sententiam definitiæ, sed ut instructionem tantum, qua adiutu Episcopi melius iudicarent. Postea quam autem omnes consenserunt epistola Leonis, tum demum edita est definitio ultima nomine Pontificis & Concilij. *Nos replicamus* ad 1. Ista responsio non euertit obiectiōem. Nam manet illud semper immotum, Pontificem à Concilio damnatum esse, siue antecesserit, siue successerit illa synodi damnatio, damnationi Papæ. ad 2. Neque hæc responsio tollit conclusionem, nam si ita est, Imperator igitur dedit eis iudices appellantibus à sententia Romani Pontificis. ad 3. Etsi ibi fuerunt multi Ariani: tamen ideo non fuit illegitimum concilium. Nam etiam ibi fuerunt multi Catholicæ. Neque inter Catholicos & Arianos fuit quæstio de Arianismo, sed de alijs rebus. Neque vlla pars fuit hæreſeos Arianae, negare Papam esse caput Ecclesiæ. Itaque Imperator, etsi Arianus, recte fecit, quod Papam depositus. ad 4. Falsa est responsio, nam Leo instructionem suffragij sui ad Concilium miserat; reliqui Episcopis in concilio sua erant suffragia ad approbandam aut improbandam illius sententiam, & paria auctoritate. Vicit autem in Concilijs magnus suffragiorum numerus; vt factum Chalcedone in causa Fabiani secundum Leonem; in causa Constantinopoli Patriarchatus, contra Leonis suffragium. Hæc de exemplis. Sequitur apud Bellarminum.

X X IV. Secundo proponit *argumenta Geronis*: ac *primum* est illud *Matth. 18.* Si peccauerit in fratre tuus, &c. Dic ecclesiæ. Sed Papa est etiam frater noster, cum sit Christianus, & debet dicere, Pater noster, &c. Potest igitur Papa ad iudicium Ecclesiæ vocari, ac proinde ab ecclesiæ iudicari, ac puniri, non autem agit quidquam ecclesia, nisi per prælatos suos, igitura prælatorum Concilio Papa iudicari potest. Argumentum *secundum*: Papa est membrum ecclesiæ, ergo est minor suo toto, quod est Ecclesia: id eoque potest, & debet amputari, si inficiat Ecclesiæ, quia de iure naturæ est, vt membra inficiant totum corpus, amputentur. *Tertium* argumentum sumitur ex Concilio Constantiensi, quod scilicet. 4. definiuit, Concilium generale habere a Christo immediatam auctoritatem, cui omnes obedire tenentur, etiamsi Papalis dignitatis existant. Vel hoc Concilium est approbatum, vel non, si est approbatum, ergo verum est, & recipiendum, quod definiuit, si non, ergo perperam depositus Iohannem XXIII. Gregorium XII. & Benedictum XIII. & elegit Martinum V. cui postea omnes alij Pontifices succederunt. Adeo, quod Martinus V. Papa in ultim. sessione confirmauit omnia decreta, circa fidem, huius Constantiensis concilii: hoc autem decretum ad fidem pertinere videtur. *Respondet Bellarminus* ad 1. Nomine ecclesiæ intelligitur vel Episcopus, vt Chrysostomus explicat, vel fidelium cœtus cum suo capite. Quare in quounque Episcopatum deferendi sunt peccatores ad Ecclesiæ, & Episcopum eius loci, sed si Episcopus peccet, deferendus est ad Ecclesiæ altiorum, cui Archiepiscopus, vel Patriarcha præfet, si vero Patriarcha peccet, deferendus est ad Ecclesiæ altiorum, id est, ad Romanæ Ecclesiæ, vel Concilium generale, cui summus Pontifex præsideret, quod si p[ro]p[ri]e summus Pontifex peccet, iudicio Dei reseruandus est, non enim est vlla Ecclesia, ad quam deferri possit, cum sine ipso non inueniatur Ecclesia cum capite. ad 2. Vel accipitur Ecclesia cum Papa vel sine Papa, quando colligitur, ergo Papa ut membrum, est minor Ecclesiæ, quæ est totum. Si accipiatur Ecclesia

Ecclesia sine Papa, falsum est; illam esse totum: non enim est totum, sed pars, & quidem maior, quam caput, magnitudine molis, minor autem magnitudine virtutis, siue authoritatis, ut patet in quolibet corpore. Si autem accipitur ecclesia cum Papa, tunc maior est authoritas Ecclesiae extensio, quam Papæ solius, intensio autem æqualis. Sicut ens, ut comprehendet Deum & creaturas, non est maius bonum, quam sit solus Deus intensio, tametsi extensio est maius, quia sunt plura bona: sicut etiam Christus, ut homo, est caput homogeneum Ecclesiae, & proinde pars eius, & tamen non est maior tota ecclesia, quam Christus solus. ad tertium. Concilium Constantiense est illud quidem legitimum, & approbatum: sed non definit ab solute, Concilia generalia habere à Christo potestatem supra Pontifices, sed tantum in casu, id est, tempore schismatis, quando nescitur, quis sit verus Papa. nam dubius Papa habetur pro non Papa; & proinde habere potestatem super illum, non est habere potestatem in Papam. Deinde Concilium Constantiense, cum illud afferuit, non fuit generale: quia tantum aderat tertia pars ecclesiae, id est, iij tantum prelati, qui obediebant Iohanni: nam qui obediebant Gregorio & Benedicto, repugnabant ijs, quæ à Symone siebant. Non itaque tunc, quando id afferuit, fuit eiusmodi Concilium, ut quæstiones de fide definire posset. Huc accedit, quod non aderat tunc certus Papa in Ecclesia, siue quo dubia de fide definiti non possunt: & in Concilio, cum hoc definiretur, nullus erat Papa. Præterea Martinus V. confirmavit taatum ea decreta huius Concilij, de fide, quæ erant facta Concilialiter, hoc est, more aliorum Conciliorum, re diligenter examinata. Constat autem hoc decretum siue vlo examine factum à Concilio Constantiensi. Denique etsi Concilium illud in hoc errauit: non tamen errauit, deponendo tres istos Papas. Nam etsi Concilium sine Papa non potest definire noua dogmata fidei; potest tamen iudicare tempore schismatis, quis sit verus Papa.

XXV. Nos replicamus ad 1. Ecclesia significat aut cœtum vniuersum, aut consilium istius cœti; siue sit Presbyterium, siue Concilium: Episcopum solum nunquam. Nec vero dicit Chrysostomus, Episcopo, sed, Dic Ecclesia, præsulibus scilicet ac præsidentibus: ut & Theophylactus, τὸν τῆς εκκλησίας καθέδραν. Itaque per Ecclesiam semper intelligitur aliquod corpus hominum. Deinde Christus his verbis Petrum remittit ad ecclesiam, tanquam superiorius aliquod tribunal & iudicium: & quidem ad ecclesiam particularem. Quod si ergo particularis quæque ecclesia maiorem habet autoritatem in iudiciis, quam Petrus, vel qui quis homo particularis, tum multo magis ecclesia vniuersalis, quæ in concilio generali repræsentatur. Tertio non valet effugium Bellarmino: quia uno hæc dicta sunt Petro, non fuisse eum adhuc Pontificem, sed hominem priuatum, qui merito superiorum agnoscit. Hoc, inquam, οὐ ποτὲ, non valet. Iam enim Petrus etat apostolus Pontificem vero nunquam fuit summus Pontifex. Quarto Christus generaliter loquitur: Si frater in te peccauerit, quicunque tandem ille fuerit. Si excipis Papam Bellarmine, ille non est frater. Quinto Papa æque potest peccare atque alius homo. Ergo æque est deferendus ad ecclesiam. Sane Papæ multi fuerunt haeretici, impuri, impij: vt libro præced. remonstrauimus. Denique hanc nostram sententiam confirmat **Gregorius Papa, qui lib. 4. Epist. 82. hunc locum ita interpretatur, ut diximus. Nam ad Iohannem Episcopum Constantinopolitanum scribens, ait, se Dominicum præceptum seruasse, monuisse illum per se, misisse etiam alios, qui illum monerent. Tum subiungit: Sed quia in mea correptione despicio, restat ut ecclesiam debam adlibere. Per ecclesiam vtique non se unum intelligit, sed plures. ad 2. Negamus Papam, qui se lactat Episcopum & vniuersicum, esse membrum Ecclesiae: multo magis negamus, ipsum esse caput. Deinde, qui Ecclesiam sine Papa accipit, non dicit Papam esse membrum Ecclesiae: qui Ecclesiam cum Papa accipit, sumit Ecclesiam vel veram, velfaliam. Ibi sumitur corpus cum carcinomate: hic, carcinoma vnum cum alto carcinomate. Tertio Ecclesia Catholica est vnum integrum & totum corpus. Ecclesia Romana est membrum Ecclesiae Catholicae. Itaque pius Episcopus Ecclesiae Romanae est membrum Ecclesiae Catholicae. Nam pars partis, est quoque pars totius. Reete itaque **Gregorius lib. 4. epist. 82.** scribit: Certe Petrus Apostolorum primus, membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesiae est. Quarto potest esse aliquis dignior & maior in Ecclesia, ut bonus Episcopus: qui non statim est dignior & maior ipsa Ecclesia. Ibi pars cum parte, hic pars cum toto confertur. Quinto si maxime daremus, Papam esse caput Ecclesiae; tamen non haberet maiorem potestatem, quam totum. Nam aliud est agere de capite naturali, itemque mystico: aliud, de capite politico, ut quisque rex est in suo regno. Ibi caput habet maiorem virtutem, quam totum, propter influentiam & directionem simul: hic non item, quia nempe dicitur caput ratione directionis tantum, non vero ratione influentia. Vnde fit, ut rex non plus possit, quam vniuersus populus. Sexto indignum est, imo ne Christianum quidem, Papam cum Christo conferre. Christus homo est caput Ecclesiae, sed non qua homo, verumqua *christus*. Itaq; sic est maior Ecclesia, & non censeri potest vlo modo in membris Ecclesiae. Alia est ratio humanae ipsius naturæ. Illa n. fuit membrum Ecclesiae, dū in his terris fuit. At Christus, Deus & homo, sol⁹ est caput Ecclesiae, eaq; maior simpliciter. Itaq; negare Papam esse tota Ecclesia minorē, qd Christus nō est tota ecclesia minor, blasphemia cōparatio est. Sed qd multa: Omne membrū est mia⁹ suo toto. Et Papa neq; membrū est, neq; caput ecclesiae. ad 3. Ex actis illi⁹ Cōcilij contrariū potest demonstrari. Nā Jeff. 4. & 5. definit, quemlibet cuiuscunq; status vel dignitatis, etiamsi Papalis existat, obediere teneri concilio generali, in his qd pertinent ad fidē. Sed recitem⁹ verbas Jeff. 4. Et primo, quod ipsa synodus in Spiritu sancto congregata legitime, generale Concilium faciens. Ecclesiam Catholicam militante representans, potestatem à Christo immediate habet: cui quilibet cuiuscunq; status vel dignitatis, etiamsi Papalis existat, obediere tenetur in his que pertinent ad fidem, & exstirpationem diabolici schismatis, & reformationem generalem Ecclesiae. Dei in capite, & in membris.**

Tom. V.

Idem quoque, & eo amplius dicitur sessione 5. Deinde Bellarminus modo ait, modo negat: dum Concilium Constantiense primo dicit legitimum & approbatum; postea vero responder, Concilium Constantiense, cum id afferuit, non fuisse eiusmodi &c. Tertio Martinus Quintus confirmauit Concilium, quando illud sessione ultima per Antonium de Calancho Cardinalem absolvit, & omnibus qui concilio adserunt, absolutionem plenariam concessit. Quo pertinet, quod in bulla passim sacrum generale concilium appellat. Denique nec Papa, nec concilium, separatim, aut coniunctim simul, possunt definire noua dogmata fidei. Itaque falso hoc afferit Bellarminus: qui porro sic concludit hanc disputationem:

XXVI. Ultimo adfert Hermannus Concilium Basileense, quod sess. 33. definit, fide Catholica esse credendum, Concilium esse supra Papam. Fuit autem hoc Concilium indicatum a Martino V. ut haberetur sess. r. & deinde ab Eugenio declaratum sess. 16. legitime continuatum à sua inchoatione: denique a Nicolao V. confirmatum cum actibus suis.

Respondet Bellarminus, Concilium Basileense legitime inchoatum fuisse, sed illegitime terminatum. Deinde, Nicolaum Papam confirmasse solum ea, quæ egerat Concilium circa beneficia & censuras Ecclesiasticas: quæ autem definit, Concilium Basileense de sua autoritate supra Pontificem, à nullo Pontifice probata esse, sed potius reprobata ab Eugenio ipso sessione trigesima octava istius concilii, a Leone X. in Concilio Lateranensi, &c. Replicamus. 1. Disputatio nostra est de iure, non de facto. Iure autem definit, Concilium Constantiense & Basileense Concilium, quod Concilium superius sit Papa. Quid mirum si grec Paparum negat? nam si ius & fas violandum est, regni causa violandum est, aiebat ille. 2. In tomo quarto Conciliorum ita se habet inscriptio: **Bulla Nicolai Pape quinti super approbatione actionum & gestorum in Concilio Basileensi. 3.** Solius Dei est, supra Ecclesiam esse: Quare cum Pontifex Romanus hoc sibi arroget, eo ipso testatum facit, se Antichristum esse, neque morati illud Apostoli, 1. Corinth. 14. Spiritus Prophetarum prophetis subiecti. Quare ut Concilium Basileense definit ex verbo Dei, Concilium esse supra Papam: sic Eugenius, Leo X. & reliqui, quos Bellarminus commemorat, contradixerunt verbo Dei, quando Papam supra Concilium esse docuerunt.

XXVII. Arque hæc sunt argumenta nostra, pauca nempe ex multis, quæ vñum fuit Bellarmino soluere. Sed quia hæc quæstio magni est momenti, reliqua nostra argumenta paucis addamus. 1. Ecclesia Catholica est mater omnium Christianorum. Ergo & Papa. Quare si Papa est filius Ecclesiae, non est supra hanc suam matrem, sed illi subesse debet. Hoc argumentum est Pauli Burgeni Episcopi in Concilio Basiliensi contra Eugenium Papam: Ecclesia, inquit, est mater omnium fidelium. Ergo verum Pontificem filium habet. Alias, ut Augustinus prædicat: Non habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. II. Aut est maior autoritas in Concilio generali, quam in Papa: aut Concilium genetale frustra indicitur & congregatur. Consequentia patet: quia plures congregantur, quod pluribus sit opus. Ratio enim recta id docet: quemadmodum & illud, frustra fieri per plura, quod commode, imo commodius, per pauciora fieri potest. Quid itaque, amabo, opus est ex omnibus terra partibus Episcopos, alioisque viros doctos, ad Concilium conuocare, ut controuersiar ab ijs decidantur; si solus Pontifex potest decidere? Posset profecto & magnis summis, & multis molestiis Ecclesia liberari, si ab uno Pontifice omnia oracula peri possent. Ergo aut Concilia omittenda sunt, aut Papam eis subiectum esse oportet. III. Summi Pontificis in Ver. Testam. non fuit maxima autoritas: quia in rebus dubiis non ad vnum Pontificem, sed ad sacerdotes Leuitici generis, id est, ad Concilium sacerdotum, remittuntur Iudæi, Deut. 17. v. 9. & summus Pontifex fuit aliquando à ciuili magistratu abdicatus, ut Abiathor à Salomone. Ergo si Pontifex à Deo institutus non habuit absolutam potestatem, multo minus illam habebit Papa, qui seipsum constituit Pontificem. IV. Plenitudo potestatis secundum Christum est penes Ecclesiam. E. Ecclesia autoritas est maior, quam Papæ. Probatur antecedens. Potestas Ecclesiae constituit in claudendo & aperiendo. Hæc vero potestas primario, & essentialiter competit Ecclesia, pastorib. autem Ecclesia secundario; quia illis confertur per Ecclesiam. Et si illa potestas penes vnum hominem esset, v.g. penes Papam, priuilegium perpetuum Ecclesiae interiret cum uno illo homine. V. Imperator à Concilio iudicari potest. E. & Papa. Consequentia probatur. Qui vincit vincentem te, is etiam te vincet. Ergo si Concilium potest iudicare, qui Papam iudicat, nempe Imperatorem, tum multo magis potest Papam iudicare. Atqui Imperator potest iudicare Papam: quia hoc fecerunt Imperatores, quamdiu Episcopi Romani manserunt veri Episcopi. Et omnino æquum est, ut hoc fiat: quia Episcopus subest Imperatori, ut lib. seq. dicitur est. VI. Si Papa est supra concilium, illud est ob maioritatem clauium, dignitatis, stabilitatis, meritorum, vel assistentia Spiritus S. siue sigillatim, siue coniunctim. At nihil horum est. Nam claves ex æquo concepsæ sunt omnib. Apostolis: & Ecclesia est dignior Papa, quia hic est propter illæ: & Ecclesia est stabilior, & diuiniior: & Ecclesia est incorrupta atque pura; cum Papa sepe sit impurus: & deniq; Ecclesia perpetuo assistit Spiritus sanctus; quia Ecclesia dictum est, *Ego vobiscum v̄que ad consummationem seculi.* VII. Papa errare potest. At Ecclesia Catholica, & concilium, ex hypothesi aduersariorum, errare non potest. E. Ecclesia Catholica, & Concilium, sunt supra Papam. VIII. Apostolus Petrus non solum Concilio: sed etiam collegiis suis, licet paucissimis, imo etiam vñ tantum collegiis, puta Paulo, se humiliiter subiecit, Act. 8. & 11. & 15. Gal. 2. Neq; vñlum contrarium exemplum adferri potest, ybi Petrus seipsum reliquis prætulerit. Ergo & Papa Romanus, qui vult esse successor Petri, idem facere tenetur. IX. In regnis huius mundi, vbi tamen nec Dei gloria, nec æterna salus hominum directe agitur, autoritas omnium ordinum, licet alio qui per se inferiorum, longe est maior, quæ vñias regis, aut principis. Quanto igitur æquius est, ut vn⁹ aliquis Episcopus omnium aliorum Episcoporum, præsertim æqualem, iudicio subfit? X. Antiquiores Ecclesia Patres nunquam à Conciliis, præsertim vñ iuersalibus, ad Papas Romanos; sed contra sepius ab his ad illa prouocantur. v.g. tempore Victoris & Irenæi, circa controuersiam de Paschate, item in quæstione de Anabaptismo inter Cyprianum & Cornelium &c. XI. Concilia vetera, & recentia siue Papistica, statuunt, Concilium supra Papam. Nam in Concilium Constantiopolitanum VIII. can. 21. sic legimus: *Si synodus vñiuerſalū conuenierit, & facta fuerit quæſio de Romana Ecclesia; oportet reverenter hanc quæſionem tractari;* & non undique dare sententiam contra summos Roma seniores Episcopos.

N. Vnde

Vnde colligimus, posse in concilio Papæ causam tractari, posse illum accusari, posse iudicari, posse etiam damnari; sed hoc non temere esse faciendum ob sedis illius dignitatem. Apud Ambrosium epist. 79. Damasus Papa ait, *cum Concilium (Capuense) causam commiserit alius Episcopis, sibi non posse competere iudicandi formam.* Quibus verbis ipse Pontifex fatetur, minorem esse suam, quam Concilij etiam particularis autoritatem. De Concilio Constantiensi & Basileensi diximus. Sed iam addimus, Parisienses Theologos laudasse Concilium Basileense, & illius autoritatem defendisse contra Leonem decimum. De Pisano nihil dico, quod congregatum fuit contra Iulium II. Papam XII. Nondum est decretum aliquo Concilio Papam esse supra Concilium. XIIII. Patres confirmant nostram sententiam, *Augustinus enim epist. 162.* testatur, concilium posse causam à Romano Pontifice iudicatam, iterum iudicare. Et lib. secundo de bapti/m. cap. 3. ait, posse per Concilia reprehendi, si quid in scriptis aut dictis Episcoporum fuerit deviciatum à vero. Hieronymus epist. ad Euagrius: Si auctoritas quaeritur, orbis maior est urbe. Loquitur autem de Episcopo Romano. Citatur hoc dictum à Gratiano dist. 93. capite legimus. XIV. Multi theologi & Canonistæ in Concilio Basileensi contra Eugenium IV. tenuerunt hanc sententiam nostram; & dixerunt, quæ Thomas, & Bonaventura de primatu Papæ assueruerunt, ea de singulis Episcopis, non de concilio generali vera esse; & hac usi sunt ratione, quod Papa non sit perfectior vniuersali ecclesia; & cum unus sit, & Romana ecclesia una de isto corpore, non potest illius caput esse, cum nemo sit sui ipsius caput. Sic Cardinals Cameracensis in tractat. de potest. Eccles. ait, Ecclesiæ debere obedire Papæ, in ijs quæ ad eius ædificationem pertinent; sed si abutatur sua auctoritate, posse à Concilio & Ecclesia iudicari. Gerson in tractat. de potest. Ecclesia similiter ait, concilium posse iurisdictionem auctoritatiuam exercere in Papam, utpote quam dat lex diuina, ne aut Ecclesia noceat, aut sibi, utphreneticus. Quod & supra diximus. Multis denique hæc thesis tractatur & confirmatur in epistolis synodalibus concilij Basileensis, maxime in responsione synodali de auctoritate cuiuslibet concilij generalis supra Papam, quarto tomo conciliorum pag. 139. XV. Denique valde pernicioſa est ista recentiorum Papistarum hypothesis: ut quæ ecclesiæ, saltem in quibusdam magni momenti casibus, præsentissimo periculo exponat; eamque sub Paparum tyrannide & impotente dominatione, sine omni remedio relinquat. Nam si forte Pontifex hæreticus fieret (quod & sœpe factum est), suo loco diximus, & fieri saltem posse, saniores Papistæ satentur) item, si forte Pontifex impie & dissolute viueret, Remp. Christiana bellis ac cædis turbaret &c. ecclesia tum certe omni remedio caret; quippe quæ Papam iudicare, & in ordinem redigere neque posset, neque auderer; si quidem ipsa infra Papam esset: cum satis notum sit, inferiorem à superiori, non hunc ab illo, iudicandum & puniendum esse. Ergo ex fructibus appetet, hypothesin hanc omnino absurdam & impian esse.

XXVIII. Sed in pauca contrahamus totam hanc disputationem. Romanum Pontificem non minus quam alium quemuis Episcopum, legitimo Concilio, in primis generali, eiusque censuris subiectum esse debere; nec vel modo ius diuinum allegare posse, quo doceat, sibi datum esse à Deo, etiam supra concilia & cœmenica eminere; immo vero contrarium Pontificiorum thesi absurdam, insanam, & tantum non blasphemam esse, docent Scriptura dicta, sive mandata expressa, ut Matt. 18. Dic ecclesiæ, I. Cor. 14. Spiritus Prophetarum Prophetis subiecti sunt: exemplum Petri, qui se Concilio & collegis suis submisit, Act. 8. & 11. & 15. item ratio naturalis, seu honestas & æquitas politica, quæ docet, vnum aliquid membrum, quātumvis insigne ac nobile (si nullum accedit diuinum priuilegium, quale est in solo Christo) toti corpori, sive vniuersitati, nullo iure præferri posse: *appellationes à Papa ad Concilia, antiquitus usitatae: Conciliorum utilitas, necessitas, & finis;* quia si tandem omnis decisio ab uno Pontifice penderet, concilia nullum habent usum: *praxis Conciliorum;* quæ Papam damnarunt testimonia Conciliorum, Patrum, & ipsorum Papistarum, qui docent Concilium esse supra Papam; denique momenta rationum, quæ sumuntur ab inutili, pernicioſo, simili, maiori &c. Itaq; octo sunt classes argumentorum pro nostra thesi, contra insanam antithesin ciniſionum curia Romanæ. Vide etiam Chamierum to. 2. l. 13. c. 11.

CAPUT XI.

An Concilia possint errare; sententia Catholicorum, & Papistarum.

I. VENITVM est ad extremum huius disputationis actum, vbi Withakerus noster copioſe ac neruoſe omnia est executus. Ego sequar methodum Bellarmini, qui lib. 2. de Conciliis duas illas propositiones sibi probandas delegit. Prima est: Fide Catholica tenendum est, Concilia generalia à summo Pontifice confirmata, errare non posse, nec in fide, nec in moribus. Hanc probat primo testimonij Scripturæ, c. 2. deinde ex Patribus, cap. 3. postremo argumentis à ratione ductis. Secunda propositio est: cōcilia particularia à summo Pontifice confirmata, in fide & moribus errare non possunt. Hanc dicit non æque atque primam esse fide Catholica tenendam, quod aliqui ex Catholicis eam negent, qui non sint ab ecclesia pro hæreticis damnati. Probat autem illam breuiter, quinque argumentis, c. 5. Postea solvit argumenta nostra, quæ diuidit in quatuor genera. Vnum est ex Scripturis, c. 6. alterum, ex testimonij Patrum, c. 7. tertium, ex ipsis concilijs, quæ vel cum alijs Concilijs, vel cum Scripturis pugnant, c. 8. quartum, ex naturali ratione, c. 9. Extremo loco mouet illam quæſitionem, Num concilia à summo Pontifice non confirmata, certam fidem faciant: vbi responderet distinet; videlicet concilia particularia, non probata à summo Pontifice, non omnino certam fidem facere, c. 10. Concilia autem generalia, ante confirmationem summi Pontificis, errare posse, nisi Patres in definiendo sequantur instructionem Pontificis, c. 11. Has itaque lineas, quas Bellarminus duxit, sequemur.

II. Antequam vela pandamus, duo quædam monere oportet. Primo, si Papa errare non potest, necesse est fateatur Bellarminus, ea omnia quæ ab illo confirmantur de rebus fidei, rata esse, sive in generali, sive in particulari Concilio sanctiſcantur. Cur itaque bonus ille Cardinalis statuit,

prioris suæ propositionis maiorem esse fidem, quam posterioris? Si enim tota vis concilij ex approbatione & confirmatione Pontificis pendet, par vtro bique est ratio. Deinde, si Episcopi sunt iudices in Conciliis, & quidem tales, qui non possint errare in iudicando, quod Episcopi sunt: utique ipsorum iudicium diuinum est. Itaque ut ratum sit, non requiritur Papæ auctoritas. Hoc forte viderunt illi, qui Episcopos non iudices, sed Consiliarios esse in Conciliis dixerunt. Sic enim Naclantus Clugiensis in tractat. de potestate Papæ & Concilij ait: Papæ potestatem regiam esse, huius Consiliariam: illam esse penitus definituam, hanc definitionis ambulatoriæ. Quæ quidem sententia est tutior, si tota vis Concilij generalis & particularis à Papa pendet. Verum enim uero falsa est hæc assertio, quia nimirū falsa hypothēsi, Papam videlicet non posse errare. Itaque nostra sententia est, nullum esse Concilium (si excipiamus Apostolica) quod errare non possit, sive particularē sit, sive generale, sive à Papa congregatum & confirmatum, sive non: idque non in facto tantum, quod aduersarij concedunt, sed etiam in fide & moribus. Abominamur itaque tres illas conclusiones Cani libro quinto loc. commun. cap. quarto. Prima hæc est: Concilium generale, quod nec congregatum, nec confirmatum est auctoritate Romani Pontificis, posse in fide errare; cuiusmodi fuerunt Ariminense, & Constantinopolitanum II. Secunda hæc est Concilium generale, etiam à Romano Pontifice congregatum, errare posse, nisi ab eo confirmatum fuerit; cuiusmodi fuit Ephelinum II. Tertia hæc est, Concilium generale, à Pontifice Romano congregatum simul & confirmatum, certam fidem facere dogmatum Catholicorum; & contrarium tenere, hæreticum esse. Sed nunc descendamus in arenam.

III. *Testimonia Scriptura* pro sua sententia Bellarminus reducit ad quatuor classes. In prima clafe sunt testimonia propria, numero tria. Primum est Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio eorum. Secundum est Iohann. 16. Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Tertium est Act. 15. Visum est spiritui sancto & nobis. Hinc efficitur, eos, qui in nomine Christi congregantur, semper obtinere, quod pertinet, nimirū sapientiam, & similia: & illos errare non posse, quos Spiritus sanctus docet omnem veritatem; & quotum decreta, sunt decreta Spiritus sancti, ut ex tertio loco colligitur. Respondet ad 1. Non sequitur ex communis particularis affirmatio: Sum in medio eorum conuentum; ergo singulorum. Nam multi conuentus videntur sibi coacti in nomine Christi: neque tamen sunt. Deinde neque id sequitur: Christus est in medio eorum: ergo nihil faciunt definitu secundum Christum. Agitur enim hic de necessaria veritatis cognitione, quæ non continuo omnem in religione errorem excludit. Tertio promissio ista magnifica est solum ijs facta, qui sunt humiles & concordes: ut patet ex continuatione orationis. Nam Christus respondet discipulis, qui ver. 1. quæquierant, quis sit maximus in regno cœlorum. Dicit, eum, qui est minimus, vers. 2. 3. post minimum hunc describit; qui nimirū se demittit animo, vers. 4. & officio etiam in minimos, cauens ne scandalizet aut contemnet quenquam, vers. 7. ad 14. immo qui ne offendit quidem ab illa demissione abstineat, sed lucrari fratres studeat, cum priuata sua opera primum, deinde aliena, tum etiam publica ecclesiæ opera, vers. 15. & tribus seqq. Tum concludit hunc locum ista magnifica promissione, vers. 19. 20. quam non debemus accipere vniuersaliter & circa conditionem. Nam Christus etiæ semper exaudit suos ita orantes, tamen nec semper, nec plene, nec per omnia facit ut obtineamus postulata nostra. Et sic etiæ oportet accipere loca Patrum, quæ adducit Bellarminus super hunc locum. Denique hæc verba non sunt restringenda ad Concilia, vel ad Episcopos. Pertinent enim ad omnes, qui congregantur in nomine Christi. Vnde patet, promissione illam non ita simpliciter, absque conditione, accipiendam esse. ad 2. Christus ibi speciatim alloquitur Apostolos, & perfectionem doctrinæ apostolicæ ipsis spondet, aduentu & communicatione Spiritus sui, ut factum est die Pentecostes, Act. 2. Propterea enim dicit Christus, Adhuc multa habeo, quæ vobis dicam: sed non potestis portare: nempe cum vos adhuc tristitia opprimat, & ego nondum ea compleui quæ sunt opus. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Hæc singularis promissio Apostolis est facta: quam pij ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum non plene sibi arrogant (ita enim est solum Apostolorum) sed tantum analogice accommodant. Nam Apostolus secundum perfectionem Apostolicam Spiritum sanctum manentem secum in functione habuerunt; posteri, hoc est, ipsorum successores, non item, sed pro modulo ipsorum. Deinde promissio illa non omnem perfectionem in uno conuentu spondet. Nam etiam promittit Christus indefinite, Introducet vos in omnem veritatem: quæ promissio ad totum viræ nostræ curriculum respicit, non perfectionem in uno conuentu presentem spondet. Est autem plane *ad uuln. 2. 1. 1. 1.* ex promissione indefinita communiterque dicta argumentari ad totum vniuersale, & totum in tempore, hoc modo: Docebit vos omnem veritatem: ergo docebit omnes sive scorsim, sive cōiunctim, adeo q; singulos: item, ergo docebit semper in omni conuentu vestro. Hæc plane sunt *ad uuln. 2. 1. 1. 1.* ad 3. A Concilio Apostolico, quæ tali, ad alii, quæ rale non valeat argumentum. Nam illud concilium fuit singulare, & singularib. priuilegijs donatum, propter presentiam Apostolorum. Itaq; illius decreta, fuerunt decreta Spiritus S. Deinde alia legitima concilia possunt analogice afferre, sua decreta esse decreta Spiritus S. si formam accipiant ex hoc concilio, hoc est, si huic concilio similia fuerint, & si eandem regulam seruauerint, quam in hoc concilio seruarent & fecuti sunt Apostoli, hoc est, si Scripturam faciant proram & puppim, vallū & fossam, alpha & omega sua disceptationis & definitionis. Denique concilium apostolicum habuit non solos Episcopos, sed & Presbyteros. Itaq; nihil faciat ad thombum Papistarum, qui suum concilium metiuntur præfencia Episcoporum suorum, qui ipsi sunt dissimiles apostolorum.

IV. Secunda clafe testimoniorum continet omnia illa loca, quibus probatur Ecclesiæ non posse errare, neque in credendo, neque in docendo: qualia sunt illa, Super hanc petram ædificabo Ecclesiæ meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam, Matth. 16. Ego vobis cum usque ad consummationem in seculi. Matth. ultim. Ecclesia Dei viuere est columna & firmamentum veritatis, I. Timoth. 3. & similia. Ex his enim locis facile colligitur, concilia generalia probata non posse errare; tum, quia tota auctoritas Ecclesiæ, formaliter non est nisi in prælatis, sicut visus totius corporis formaliter est tantum in capite; tum, quia concilium generale approbatum, representat ecclesiæ viuensam.

Respondet

Respondeo 1. Loca illa Scripturæ sunt explicata lib. I. cap. 14. & sequent. vbi demonstrauimus, Ecclesiam Christi, in nonnullis fidei quæstiōibus, puta ad salutem non ita necessarijs, subinde errare. Deinde interna Ecclesia, hoc est, coetus vere piorum & credentium, per nullum Concilium, utpote visible, potest perfecte repræsentari: quemadmodum neque Ecclesia vniuersalis absolute dicta. Itaq; priuilegia Ecclesiæ Catholicæ falso tribuuntur Concilio, in quo possunt esse boni & mali. Porro falso est, totam Ecclesiæ authoritatem formaliter esse in prælatis. Nam forma interna Ecclesiæ non potest competere congregatiōi exterae prælatorum. Et forma ecclesiæ externe complectitur vniōem & communione omnium & singulorum membrorum, quantum ad priuilegia externa attinet. Adhæc potest inest Ecclesiæ primo, & perpetuo: prælati non nisi per Ecclesiam, id eoq; secundario & instrumentaliter. Denique inepte approbatum in hac propositione adscribitur. Nam Concilium tum demum approbatum dicitur, cum factum est. De eo autem quod factum est, nemo dicit, potest aut non potest errare: sed alterum affirmandum est, errauit, aut non errauit. Neque iuuit Bellarminum illud Cypriani, *Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiā in Episcopo*. Hæc enim figurate & secundum quid dicta, non de repræsentatione Ecclesiæ per Episcopum facta, sed de principalibus Ecclesiæ partibus, quas integrantes vocant, deque illarum vniōne & communione loquuntur.

V. *Tertia classis testimoniorum* continet illa loca omnia, quæ probant, Pontificem Romanum errare non posse in fide: quale est illud *Luc. 22*. Rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: et si que sunt alia alibi explicata. Ex his enim colligitur euidenter, Concilium à Papa consūmatum errare non posse. *Respon.* Est petitio principij: quia speciale priuilegium omnium electorum, Petro certis de causis hoc loco accommodatum, ad quosvis ordinarios Ecclesiæ p̄sules, sub falso successionis prætextu, inepte extenditur. Sed hæc quæstio pertinet ad tom. 2. Chamicti: vbi vide.

VI. *Quarta classis testimoniorum* continet illa loca, quæ docent, Episcopos habendos esse, vt pastores: audiendos, vt magistros: sequēdos, vt duces: qualia sunt *Luc. 10*. *Qui vos audit, me audit. Et Heb. 13*. Obedite prepositis vestris, & subiacete illis. Item illa, vbi dicuntur pastores, *Ad. 20. Eph. 4*. cum enim illi iubentur pacere, nos iubemur eos ad pacem sequi. Item illa, quib. vocantur doctores, vt *Matt. v. 1. Tim. 3. Tit. 1*. Iiquidem quo præcepto illi iubentur docere, eodem nos iubemur audire. Item illa, vbi dicuntur speculatores, *Ezech. 31*. Quam in sententiam Episcopi dicuntur oculi, ab Ambroſio. Deniq; illa, vbi Episcopi dicuntur patres, & ceteri dicuntur filii, *Gal. 4. 1. Ioh. 2*. Ex quibus locis omnibus ita possumus ratiocinari: Si nos iubemur à Deo audire & sequi Episcopos, vt prepositos, pastores, doctores, speculatores, patres, certe vel illi nos fallere non poterunt, vel nos poterimus culpam in Deum reiçere. At sine dubio singuli Episcopi errare possunt, & aliquando errant, & inter se dissentunt quandoq; vt nesciamus, quisnam eorum sequendus sit: ergo saltem omnes simul, præsertim in nomine Domini congregati, quando uno ote nos docent, errare non poterunt. *Respon.* 1. Est fallacia adicto secundum quid: quia non simpliciter, nec in omnibus, sed cum certa cautione, nempe tantum in Domino, illis pastoribus, doctoribus, prepositis &c. est obediendum. Illis enim, vt Episcopis, duo insunt adiacentia: unum perpetuum & inseparabile, nimirum vocatio; alterum aduentum & separabile, opus vocationis, quod in relatione ad Deum & populum Dei seu in duplo ministerio, veratur. Esta inconsequens argumentatio a subiecto ad separabile ipsius accidens: puta si dixeris, Est vocatione Episcopus: ergo opus relationis & ministeris sui ad Deum & populum Dei perfecte, & semper colit. Multos Dei non consulunt, & populum Dei non curant magnopere. Optime itaq; *Hieronym. ad Heliodorum*: Non oēs Episcopi sunt Episcopi: attende Petrum, sed Iudam considera: Stephanum suscipe, Nicolaum respice. 2. Episcopi his nominib. ornantur, non q; illi semper tales sint, sed vt se debere tales esse meminerint, & vt nos eos pro talibus agnoscamus, cum tales fuerint. Non enim iubemur illos vel sequi, vt duces, vel audire, vt magistros, nisi reuera tales fuerint. Si vero pastorum locum tantum obtineant, & veri pastores non sint; tum illos sequi & audire prohibemur: vt *Matt. 15. 14*. Sinite eos: sunt enim duces cœci cœcorum. *Et c. 7. 15*. Cautæ a pseudoprophetis. *Et Iohann. 10. 5*. Christus de quibus suis verba faciens, ait: Alienum nequam sequentur, sed fugient ab eo; quia non norunt vocem alienorum. 3. Si pastores congregati tantum sunt audiendi, quia fallere non possunt; tum soli & separati non sunt audiendi. At Christus etiam de separatis ait, *Qui vos audit, me audit*: & Apostolus, *Obedite prepositis vestris*. Quare sic contra Bellarminum argumentamur. Aut illi non possunt fallere, aut nos possumus culpam in Deum reiçere. Nam certe Deus iussit audire, obedire, sequi. Ita ista ratione non modo Episcopi congregati, sed ne soli quidem & separati possunt fallere. Nonne vedit oculatus ille disputator, quam male sequatur hoc argumentum? Si illi falluntur, & nos illos sequimur, & ambo ieſouem eadim, non possumus Deum accusare. Ita enim solet Deus saepemolitam ingratitudinem viciſci, vt cœcos nobis duces mittat. 4. Omnia illa, quæ Episcopi, siue separati, siue cœgregati, nobis proponunt, debemus examinare ad Lydium Scripturæ lapidem, arque ita despicer, num veri sint pastores, necne. 5. Per inductionem a contrario sic argumentamur. Si singuli Episcopi errare possunt, ergo & omnes simul; quamvis in nomine Domini congregati, & uno ore docentes. At dixit Deus, se fore in medio eorum: Certe dixit. Et est in medio eorum, vt Deus: etiam in medio multorum errantium, ne aberrent ad mortem. Sed nec illi semper ad Deum respiciunt, qui in medio ipsorum est: nec Deus sic adest iis qui respiciunt ad ipsum, vt omnem veritatem doceat in instanti, & omni tempore simul. Omnen veritatem docet, nos vero successiue capimus. Nam ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus solum. *1. Cor. 13*. Quapropter dicit Apostolus de confessu agens, quod si quid alteri patefactū fuerit affidenti, prior taceat: deinde vero, si non confitent, remediu adhibet duplex; vnum, vt acquiescant fratrum iudicis, *Spiritus prophetarū propheti subiectiuntur: alterū, si necdum possunt acquiescere, vt suspendant iudicium suum, & nō temere obnitantur per contentionem: non enim est iudicioris auctor Deus, sed pax*, vt in omnibus Ecclesiis sanctorū. *1. Cor. 14*. Duo hic concordant simul, gratia Dei perfecta in se, & imperfectus recipientium modus: quo fit vt omnes homines pii, etiam simul, gratiam illam in se perfectissimam, non si imperfekte secundum modū suū possint recipere. Itaq; non licet argumentari a gratia Dei simpliciter, quod facit Bellarminus; quam Paulus Apostolus in nobis *rgm* n considerari demonstrat oportere.

Tom. V.

VII. *Secundum Bellar.* argumentum sumitur ex traditione veterum Patrum, qui docent ista quatuor. 1. Concili generalis sententiam esse in causa fidei vltimum Ecclesia iudicium, à quo appellari non possit, quodque nullo modo irritari, vel retractari quæat. 2. Esse hæreticos, & excommunicandos omnes, qui nō acquiescent Concilis plenariis. 3. Esse diuina, & à spiritu sancto edita decreta legitimorum conciliorum. 4. Potius esse motiendum, quam recedendum a decretis generalium Conciliorum. Hiac autem apertissime sequitur, Concilia generalia legitima non errare. nam aliquo iniquissimum esset hæc talia assertere.

Respond. ad 1. Accurrate & proprie loquendo, nullum est Concilii iudicium quia in causis fidei nullum habemus iudicem, nisi Spiritum sanctum in Scripturis loquentem. Itaque Concilium non iudicat, sed iudicium spiritus sancti enuntiat, sive indicat. Verum hoc transeat. Deinde Patres illi non simpliciter iudicium Conciliorum vltimum affirmant esse, sed humanū iudicium vltimum, & tantum secundum Deum, qui solus est iudex, & cuius ecclesia interiuntur. Tertio loquuntur de Conciliis legitimis, in quibus una Scriptura est norma iudicii. Quarto loquuntur de hoc vel illo iudicio, huius vel illius Concili, puta Nicæni primi, Constantinopolitan. Chalcedonensis, & Ephesini I. non de quolibet iudicio cuiuslibet Concilii vniuersi. Deniq; a iudicio ecclesiæ potest appellari, quia potest suspendi, donec amplius Deus reuelauerit, ex charitatis officio, & ignorantie infirmatisq; nostræ conscientia. *1. Cor. 14. Phil. 3*, & alibi. Ne plura, inconsequens est consequētia. *ad 2.* Loquuntur hi Patres de Conciliis illis, in quibus fides Catholica contra hæreticos est propugnata. Merito itaq; cum Gregorio M. anathema dicimus omnibus illis, qui nos recipiunt quinque illa generalia Concilia, quæ ante ipsius tempora sunt habita. Nam qui his Conciliis resistunt, iij reuera Catholici esse non possunt; non quod autoritatem Conciliorum contemnant, sed quod fidem Catholicam in his Conciliis approbatam non recipient. Sed hinc non sequitur, Concilia nunquam errare; & eos omnes hæreticos esse, qui negant, Concilia semper verum affirmare. Nam multa Concilia non sequuntur normam S. literarum; & tum non approbat dogmata Catholicæ, sed falsa. *ad tertium.* Quæ in Conciliis ex Scriptura & autoritate spiritus sancti definitur, ea utique diuina sunt: non quatenus à Concilio enuntiata, sed quatenus a Deo iam ante patefacta, & tunc à concilio monstrata sunt. Itaque quod adfertur ex Gregorio, se venerari quatuor prima Concilia, sicut quatuor Euangelia, cum grano salis est accipitidum, eo, vr dixi, modo. Deinde si decreta legitimata Conciliorum, sunt decreta spiritus S. cur Leo contra acta Concili Chalcedonensis, quod illi *epif. 37. ad Leonem Augestum* dicit fusse congregatum per spiritum sanctum (quod & Bellarminus hoc loco allegat) cur, inquam, contra acta eiusdem concilii vñus est protestatione, & inuestis est, vt Pontificis Romani autoritatem asserteret. Deniq; hæc testimonia Patrum, vt & sequentia, de Conciliis certis dicuntur particulariter, non de omnibus vniuersi. Itaq; *ad 3. ad 4.* Sane profide illa, quam proposuerunt Patres Concili Nicæni primi (de eo enim dunt taxat adferuntur testimonia) quilibet p̄ius Christianus vel nille mortes subito non recusabit: quia salutis nostræ basis est, Christum esse Partem *Cor. 15. 28*. Hæc sententia unita est autoritate Scripturæ, pro qua moriendum est: non simpliciter pro concilio Nicæno.

VIII. Accedit postremo (inquit Bellarminus) naturalis ratio. *Primum*, si Concilia generalia possent errare, nullum in ecclesiæ firmum iudicium, quo controvæsiæ componi, & vñitas in ecclesia seruari possit, nihil enim est maius generali Concilio legitimo & approbato. *Secundo*, si non esset infallibile iudicium eiusmodi Conciliorum, possent merito in dubium reuocari omnes damnatae hæreses. Diceret enim Arius, errasse Nicænum Concilium: Macedonius, Constantinopolitanum: Nestorius, Ephesinum: Eryches, Chalcedonense. *Tertio*, nulla esset certitudo de multis Scripturæ libris, nam de epistola ad Hebreos, *2. Pet. 1. & 3. Iohannis, Iacobi, Iudei, & de Apocalypsi*, tamdiu est dubitatum, donec a concilio res declarata est. *Quarto*, si omnia Concilia possent errare, illud certe sequitur, vt omnia intolerabilem errorum admirerint, ac proinde nullo honore digna sint, nam error intolerabilis est, proponere aliquid credendum, tanquam articulum fidei, de quo non constet, an sit verum, vel falsum. *ad 5.* Conclia præcipua, vt Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, ediderunt noua symbola fidei, aut certe nouas sententias, quas voluerunt haberet tanquam articulos fidei, quis autem audebit dicere, illa Concilia quatuor intolerabilem errorem continere, nulloque honore digna esse? *Respon. ad 1.* Varia est consequens fallacia; quia dum salua manet Scripturæ autoritas, firmum semper erit ecclesiæ iudicium, & controvæsiæ semper inter fideles componi poterunt. Nā quod attinet ad iufideles & improbos, illi nec Scripturam, nec inde ductas rationes, quantumvis evidentes, nedum nuda conciliorum de ceta, curare solent. Neque hic coactio aliqua externa, utpote cum religionis essentia pugnat, sed tantum interna & spiritualis spectanda est. Deinde, fallum est, nihil esse maius generali Concilio legitimo & approbato. Nam maior est Christus, & Scriptura maior: quandoquidem Christus & Scriptura per se, ecclesia per Christum & Scripturam magna. Ille, dominus est, Scriptura, canon dominicus; ecclesia ab utroque pendens. Itaq; Scripturæ iudicium est summum & maximum: non vero Papæ, aut conciliis propter Papam. Porro, non est hoc expectandum, vt in hoc mundo finis sit omnium controvæsiarum de fide, & summa ecclesiæ vñitas. Hæc enim perfectio ne illi quidem statu felici competit, quem proculdubio Ecclesia breui in hac vita experietur. Denique si Concili iudicium est summum, tum iudicium solius Papæ non est summum, sed Papæ & Concilii, atque ita sunt duo summa: quod implicat, vt loquimur in Scholis. *ad 2.* Non sequitur. Nam canon dominicus Conciliorum manet irreuocabilis. Ex eo si Concilia, vt instrumenta Domini, iudicent, bene est: tum nullo iure definitiones eorum reuocari possunt: sin securus, merito reuocantur. Itaque quia ex S. literis edocti sumus, quatuor Concilia damnasse hæreses, merito ipsorum decretis acquiescimus: non tam propter autoritatem Conciliorum, quam propter ipsius Scripturæ autoritatem. Deinde non est ea vis Conciliorum, vt quod semel in ijs statutum est, nunquam postea reuocari, aut in dubium vocari possit. Nam ne hoc quidem ipsi Scripturæ competit. Videmus enim hæreses subinde interpolari. *ad 3.* Certius librorum Canonorum non pender a Conciliis: quia haec tenus in nullo legitimo generali concilio definitum est quinam sint libri Canonici. Deinde si solius Concilii est pronuntiare hunc librum esse Canonicum, illum vero non, tum Papa non potest hoc iudicare; & ita concilium est supra Papam.

N. z Denique

DE CONCILIIS

Denique non sequitur: Quidam dubitauit de his & illis libris: ergo Ecclesia dubitauit. ad 4. A posse ad esse non valet argumentum: Concilia possunt errare: ergo errauerunt. Nam Concilia possunt errare, & non errare. Sed Scriptura non potest errare, vt diuinus canon Ecclesiæ, & conciliorum Ecclesiæ. Hæc non sunt canonica per se, sed per canonem suum, id est, Scripturam, cognoscuntur. Deinde Concilia vera non ediderunt sententias nouas, quas voluerint haberi pro articulis fidei. Solus enim Deus dogmatizat in negotio fidei, vt loquuntur. At Concilia saepe aliquid decernunt, clave errante. Denique symbola noua, & sententia nouæ dicuntur aequioce. Non enim Concilia legitima secundum substantiam ediderunt nouum quidquam: sed nouus duntaxat est loquendi modus propter haereticorum nouationes.

I X. Inspergus hoc loco alias quasdam rationes aduersariorum, è quibus prima est Cardilli disþ. 9. secunda, & tercia Cani lib. 5. cap. 4. conclus. 3. quarta, & quinta Rhemensium in annotat. super Luc. 1. 3. & Iohann. 16. 13. I. Spiritus sanctus Conciliis generalibus praesidet. E. non errat. II. Vel tenetur populus stare definitione Concilij, vel non tenetur. Si tenetur; tum errante concilio, populus in errore est. Si non tenetur; illud Christi dictum non valet, Qui vos adit, me audit. nec illud præceptum. Super cathedram Moysis sedent Scripta & Pharisæi. Omnia ergo quæ dixerint vobis, seruate & facite. III. Ecclesia Catholica semper accepit decreta conciliorum, & habitos haereticos ab ijs, pro haereticis habuit. IV. Lucas industria vñus est, vt veritatem inuestigaret. Idem faciunt Concilia. V. Spiritus S. dicitur Spiritus veritatis, quia ecclesia eiusque capiti semper adest, & veritatem inspirat. Quod non potest dici de singulis.

Respondeo ad primum. Spiritus sanctus non alligatur ad Concilia, sed Concilia ad Spiritum sanctum. Itaque Spiritus sanctus non adest ubique omnibus conciliis, sed illis duntaxat, quæ ipsius ductum parata sunt sequi. ad 2. Populus non tenetur simpliciter omnes pastores audire, & omnia, quæ docuerint, suscipere; sed ea, quæ proponunt, examinare: & si cum Scripturis consentiant, recipere; sin minus, rejicere. Idem iudicium de Conciliis. Quæquam loca allegata de Conciliis non agunt, sed de singulis pastoribus. Ergo ex hypothesi Cani nullus pastor erraret, & sic etiam ne Pharisæi quidem errarent. ad 3. Non simpliciter est penes Concilium, facere aliquem haereticum. Itaque ne haereticus statim fuerit, qui Concilium respuit, sed qui doctrinam Spiritus sancti in concilio propositam malitiose & pertinaciter rejicit. ad 4. Concilium Ecclesiasticum indigne comparatur cum Luca. Nam neque singuli, neque omnes in concilio possunt prescribere quid credendum sit atque faciendum: quod Lucas Evangelista fecit. ad 5. Spiritus sanctus est Spiritus veritatis, siue singulis electis, siue vniuersis adit. Adest autem alijs extra ordinem, vt Apostolis, & illi non possunt errare in suo officio: alijs ordinariis, vt illis, qui in Concilio, in ecclesia, in Presbyterio, vel alibi congregantur, aut etiam soli sunt in vocatione sua; omnibus pro suo modo.

X. Apud Bellarminum sequitur de Conciliis particularibus. à Summo Pontifice confirmatis. Quæ quidem in fide & moribus errare non posse, breuiter ita probat. 1. Summus Pontifex errare non potest in rebus ad fidem & bonos mores pertinentibus. E. nec Concilium, quamvis exiguum, ab illo comprobatum. 2. Si eiusmodi Concilia errare possent, plurimæ haereses, quæ damnata sunt à solis Conciliis particularibus, iterum reuocari possent in dubium: vt Pelagianorum, Priscillianistarum, Iouiniani, & aliorum. 3. Hactenus non est inuentum aliquod eiusmodi Concilium, quod errauerit. 4. In synodo 7. a. & in synodo 8. a. vlt. can. 1. dicunt Patres se venerari & recipere etiam localium Conciliorum decreta: immo in eadem septima synodo vocantur eiusmodi decreta diuinitus inspirata. Respondeo ad 1. At Pontifex errare potest, etiam qua Pontifex. Contradicet enim Christo & ipsius verbo. ad 2. non sequitur, nam quæ haereses sunt à bonis Christianis non reuocantur, à malis si reuocentur, quid mirum: ad 3. Id vero falsum est. Etenim vel solum Concilium Senonense habitum in Gallia anno 1527. copiosam segetem errorum suppeditat. Sic alia multa, vel potius omnia, quæ ab Antichristo Romano, & eius satellitibus aliquo retro seculis fuerunt coacta. ad 4. Quædam localia Concilia laudantur à Patribus, & eorum decreta dicuntur diuinitus inspirata, quatenus Spiritus sanctus per Scripturam direxit illa. Sed hinc non licet vniuersi argumentari ad omnia Concilia localia: quia multa discrepant à canone Scripturæ.

XI. Superest, vt videamus quomodo Bellarminus argumenta nostra soluat. In prima acie sunt testimonia Scriptura, quibus asseritur, ordinarios quoslibet verbi ministros, tum singulos seorsim acceptos, tum omnes simul in unum congregatos, scepis in doctrina fidei & vita grauiter hallucinari. Esa. 59. 10. Ierem. 6. 30. c. 14. 14. Hos. 9. 8. Ezech. 22. 25. Sicut autem in Vet. Testam. fuerunt pseudoprophetæ: ita & in novo, Matth. 24. v. 11. 24. Act. 20. 29. 2. Petr. 2. 1.

Respondet Bellarminus, hæc omnia tribus modis solvi. 1. Frequentissimum est in S. literis, vt propter aliquos malos reprehendantur omnes, propter aliquos bonos laudentur omnes, quo videlicet vehementer sit tum vsuperatio, tum commendatio: vt recte adnotat Augustinus. 2. Nihil horum dicitur in Pastores publica autoritate congregatos in Concilio (Deus enim Deuter. 17. ad Concilium Sacerdotum suos Israelitas remittit) sed in Pastores & Prophetas, qui separatim populum decipiebant. 3. Non continuo, quæ dicuntur in Vet. Testamen. aduersus Prophetas & Sacerdos, transferenda sunt ad sacerdotes Nou. Testam. præsertim in Concilio congregatos. Certiores enim, & maiores promissiones Dei habent ecclesia, quam synagogæ: vt Matth. 16. Super hanc petram &c. 1. Tim. 3. Columna & firmamentum veritatis, Luc. 22. Rogavi prote &c. Replicamus ad 1. Scriptura non semper hoc facit. Immo non propter aliquos malos reprehendit omnes, aut propter aliquos bonos, laudat omnes: sed propter multos, siue plerosque malos aut bonos, reprehendit vellaudat omnes communiter. Hoc est, quod vulgo dicitur, in communione maiore parte fit denominatio. Cum vero maiorem partem contingat errare, & ex maiore suffragiorum parte in conciliis decernatur, quis non videt, hinc sequi, Concilia errare posse? Deinde non adducimus ista loca, vt probemus omnes & singulos pastores Vet. Testam. fuisse tales. Absit. Hoc volumus, Scripturam reprehendere quam plurimos, & saepe maiorem partem. ad secundum. Qui separati erant tales, eos congregatos nihil meliores fuisse minime dubium est. Cum enim impij

sacerdotés in unum congregantur, num sperandum aur expectandum est, vt illos Spiritus sanctus subito quasi entusiasmo quadam corripiat? Deinde ista loca non de uno aut altero sacerdote separatis, sed de vniuerso ordine & collegio Sacerdotum loquuntur. Confer. Ierem. 4. 9. Ezech. 7. v. 26. Hos. 6. 10. Mich. 3. 6. Denique in Veter. Testam. habuerunt duplex genus responorum: unum ordinarium, ex Scriptura; alterum extraordinarium, ex particuli oraculo. Hæc Dei responsa nunquam vocabantur in dubium; sed sacerdotum placita semper in dubium vocari licuit, vt expendentur ad trutinam Scripturæ sacra. Itaq; Deus non simpliciter remisit populum suū ad Sacerdotes. ad 3. Bellarminus, sui oblitus, ait synagogam errare potuisse, cum modo ex Dcent. 17. dixerit, concilium sacerdotum pronuntiasse iudicium infallibile. Deinde ecclesia Vet. Testam. tam magnas habuit promissiones, vt Ecclesia N. Testam. Habet enim easdem, vt patet Psalm. 86. & 89. Easdem dico re & substantia: licet modo differant & ratione. Non differunt substantia corporis (vtrita dicamus) sed vestis habitu variant. Vna est Abrahami familia in Veteri & N. Testam. vnum est foedus gratiæ, vna promissionum substantia in Christo Iesu, ex qua & nos Abrahami filij censemur. Gal. 3. 3. Et Abraham æternis promissionibus se consolatus est, Gen. 15. & 17. Hebr. 11. Ecclesia Catholica Vet. Testam. aequæ fuit fundata super petram Christum, & aequæ fuit columna veritatis, & aequæ non defecit a fide, vt Ecclesia Catholica N. Testam. Denique quod attinet ad Ecclesiam externam Nou. Testam. non est melior status illius, quam olim in Vet. Testam. Sunt enim à Christo & Apostolis prædicta illa ipsa mala, quæ veterem Ecclesiam infestarunt Mat. 24. Act. 20. 1. Tim. 4. 2. Tim. 3. & 4. 2. Pet. 1. & 3.

XII. Nunc videamus, quomodo Bellarminus excipiat ad testimonia Patrum, quæ à nostris adduci solent. Primum est Gregorij Nazianzeni in epist. ad Procopium: Ego, si vera scribere oportet, ira animo affectus sum, vt omnia Eiscoporum Concilia fugiam; quoniam nullius Concilij finem lexum faultumq; vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem & incrementum habuerit. Secundum est Augustini lib. 3. contra Maximinum c. 14. Nec ego Nicænum; nec tu debes Ariminense, tanquam prædicaturus, proferre Concilium; nec ego huius autoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum authoritatibus, non quorumque proprijs, sed vtrisq; communib. testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concerret. Tertium est eiusdem Augustini lib. 2. de baptism. cap. 3. vbi ait, Concilia plenaria priora à posterioribus emendari. Quartum est Leonis, qui epist. 53. & 55. agnoscit synodus Chalcedonensem usque legitimam, & tamen non dubitat ei tribure ambitionem, & inconsultam temeritatem. Quintum est Isidori apud Gratianum dist. 50. can. Domino sancto. Afferit Isidorus, Concilia aliquando inter se dissentire & rūstandum esse antiquioribus & magis probatis. Quæ regula contraria est regulæ Augustini, qui posteriora Concilia anteponebat prioribus. Et præterea ex ea colligitur, concilia inter se aliquando pugnare, & proinde aliqua eorum errare. Quintum est Gratiani, qui dist. 18. cap. 1. dicit, Concilia Episcopalia esse inutila ad definendum & constituendum, non autem ad corrigendum. Et apud eundem est decretum hoc titulo, concordantia discordiarum. Quo utique innuit, Concilia saepe inter se discordare.

Respondeo Bellarmino, ad 1. Non negat Nazianzenus, legitima Concilia certam fidem facere, sed queritur suo tempore nullum Concilium fieri potuisse. ad 2. Augustinus non vult dicere, Maximinum non teneri vlo modo auctoritate Concilij Nicæni, sed non teneri in illa disputatione, quia Augustinus id promitterebat. ad 3. Augustinus loquitur vel de Conciliis illegitimis, quæ per posteriora legitima emendantur, vt accidit Concilio Ephesino II. quod in Chalcedonensi emendatum est: vel, si agit de legitimis, tum respicit questiones facti, non iuris, in quibus questionibus dubium non est, concilium errare posse. ad 4. Concilium legitimum errare potest in ijs, quæ non legitime agit. ad 5. Isidorus loquitur de conciliis, quorum non est certa auctoritas, quæ videlicet non sunt à Pontifice expresse confirmata, quæ concilia inter se pugnare possunt, & errare. Deinde Isidorus non pugnat cum Augustino. nam ille de fidei doctrina, hic de questionibus facti, vel morum præceptis loquitur. ad 6. Gratianus vocat Episcopalia concilia, non quælibet; sed tantum prouincialia. illa enim proprie sunt Episcopalia, in quibus soli Episcopi, non Archiepiscopi, aut Patriarchæ conueniunt. ista autem concilia ordinarie non instituuntur ad dogmata fidei constituenda: id enim proprium est generalium Conciliorum: sed ad restituendam disciplinam Ecclesiasticam, & mores corrigendos. Itaque ex se, & ordinarie inutila sunt ad constituenda dogmata fidei: si tamen virgente aliqua necessitate definiunt aliquid de fide, & corum decretum ab Apostolica fide approbet, nihil obstat, quo minus valida esse possint. Deinde Gratianus loquitur de discordantibus apparentibus, non veris: nam si vera essent, concordantia non possent. Replicamus ad 1. At vero Nazianzenus fuit vocatus ad Concilium legitimum, nempe Constantinopolitanum I. cui etiam interfuit, & orationem habuit ad centum & quinquaginta Patres illius Concilij. Itaque Nazianzenus reuera docet, contingere, vt Concilia errant, & posse fieri. Neque distinguunt legitimum ab illegitimo: sed vniuerso loquitur. ad 2. Augustinus hoc sibi vult, & aperte dicit, Scriptura esse auctoritatem per se. Concilia per Scripturam: ideoque pios non pugnare cum aduersariis auctoritate Conciliorum, quæ contingit bona aut mala esse, & a Scriptura auctoritatem habent; sed potius Scripturæ sacræ, cuius absolute sunt necessaria testimonia. Sane si credidisset, Concilia errare non posse, tale quid non dividisset: præsertim cum Concilium Nicænum esset omni exceptione fere maius. Unde dicit eodem loco: Hoc est illud homousion, quod in Concilio Niceno aduersus haereticos Arianos à Catholicis Patribus veritatis auctoritate, & auctoritate veritate firmatum est. Quibus verbis intelligit veritatem diuinam, de qua Christus Iohann. decimo septimo ait: Sermo tuus est veritas. ad 3. Augustinus loquitur de Conciliis legitimis. Illa siquidem & S. literas inter se confert, dicitque de illis dubitari & disceptari posse, de his minime. L' inde ibi agitur de ijs rebaptizandis, qui apud haereticos fuissent baptizati. hoc vero non est facti, sed iuris. ad 4. Si legitimum Concilium potest quedam non legitime agere, potest sane errare: Deinde si Concilium Chalcedonense de facto erravit, ergo Concilia generalia errare possunt. Denique tum Concilium de facto errat, quando à diuina veritate aberrat in Scripturis exposita, non autem, quando reprehendit à sede Apostolica. ad quintum. Isidorus loquitur de restitutione eorum, qui in scortationem lapsi sunt, ex Concilio Ancyrano. hæc autem profecto non fidei, sed morum

est quæstio ad 6. Iraque Concilia prouincialia accedente Pontificis Romani confirmatione, parem cum frequentissimo etiam generali Concilio habebit authoritatem. Id vero Bellarminus supra negauit. Deinde Gratianus loquitur de discordantij veris & falsis, nam vtriusque generis apud ipsum exempla sunt innumera.

XIII. Atque hæc sunt testimonia Patrum, quæ Bellarmino placuit feligere ex nostris. Quibus nos unum & alterum adiungemus. *Hieronymus in epist. ad Galatas* ait: Spiritus sancti doctrina est, quæ Canonis literis prodita est; contra quam si quid statuant Concilia, nefas duco. *Ambrosius epist. 32. Nicenum Concilium recipit, Ariminense repudiavit, quia illud cum Scripturis conueniebat, hoc vero pugnabat.* Sic enim scribit: *Hanc fidem Gallie tenent, hanc Hispanie, & cum pia diuini Spiritus confessione custodiunt.* Idem lib. 1. de fide c. 8. ait: *Sic nostri secundum Scripturas dixerunt Patres. Augustinus lib. 2. de baptism. cap. 3. ait:* *Quis nesciat sanctam Scripturam canonicanam, tam veteris quam noui testamenti, certis suis terminis contineri; eamque omnibus posterioribus Episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari non possit, utrum verum, vel utrum rectum sit; quidquid in ea scriptum esse confiterit?* Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem autoritatem, doctiorumque prudentiam, & per Concilia lice reprehendi, si quid in eis forte a veritate deviatum est? Et ipsa Concilia, quæ per singulas regiones vel prouincias sunt, pleniorum Conciliorum autoritatem, quæ sunt ex vniuerso orbe Christiano sine ullis ambagiis cedere: ipsaque plena sepe priora posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typho sacrilegæ superbie, sine villa inflata ceruice arrogantiæ, sine villa contentione iuidæ inuidiæ, cum sancta humilitate, cum pace Catholica, cum charitate Christiana? Ex his patet, Augustinum negare certam esse ullius Concilij autoritatem per se, aut per Pontificem Romanum, sed per canonem Scripturæ solum: & quæ prioribus ignota fuerunt, ea progrexi temporis reclusa patere in Scripturis sacris, cum Deo placuit aperire oculos seruorum suorum, ut fontem illius videant ad cognitionem veritatis. Idem lib. 2. contra Cretensem Grammaticum, cap. 21. Paulus autem Apostolus dicit Ecclesia subditæ est Christo. Non igitur debet Ecclesia se Christo præponere, ut putet baptizare posse ab illa iudicatos, & se autem iudicatos baptizare non posse, cum ille semper veraciter iudiceret, Ecclesia sticti autem iudicis sunt homines plerumque fallantur. Itaque nos adducimus testimonia Patrum, qui vel Concilia, eorumque autoritatem verbis eleuant, ut Nazianzenus: vel priora Concilia per posteriora, aut etiam contra, emendari, itemque alia alijs merito præponi: vel ab omnibus Conciliis ad Scripturam iure semper, prouocari, & hanc illis præponi: veleniq; Ecclesiam Christo & eius verbo subiici, perspicue docent.

XIV. Pergit Bellarminus, & ait: Enumerant aduersarij *errores Conciliorum.* Sed è maximo numero errorum, solum tertia pars eget aliqua discussione. Trium enim generum errores in conciliis aduersarij obseruerunt. Quosdam errores veros & crassis, sed Conciliorum illegitimorum, & à Pontificibus reprobatorum, ut Ariminensis, Seleuciensis, Ephesini II. quos frustra enumerant, cum nihil faciant contra nos. Alios deinceps errores, non veros, sed fictos Conciliorum legitimorum, & probatorum, omnia enim, quæ ipsi non probant, errores vocant. Hoc modo dicunt errasse Concilium Chalcedonense, in quo sanctimoniales prohibent votum continentia violare; & Concilium Carthaginense V. in quo statuitur, ne alii in erigantur, sine reliquijs martyrum. Sed dum hæc dicunt, assument quod probandum erat. Alios denique errores obseruant in veris, legitimisque Concilijs, qui reuera speciem aliquam erroris habere videntur, id est, eiusmodi sententias videntur continere, quæ & nostro, & illorum consensu iudicantur erroneæ: atque hos duntaxat examinare & diluere debemus. Respondeo, 1. Omnino errores primæ classis faciunt contra Papistas. Id enim obtinemus eorum argumento, Concilia & errare posse, & ex facto errasse. Deinde tria ista Concilia, Ariminense, Seleuciense, & Ephesinum II. fuerunt legitima; tum quia congregata fuerunt ab eo, qui autoritatem habuit congregandis; tum quia illi interfuerunt quos oportuit adesse, veri scilicet & legimi ni Episcopi. Potro Concilium Ephesinum II. fuit generale: quia conuocatum fuit a Theodosio Imp. & aderant omnium ubique ecclesiæ & pisco pi: aderant Patriarchæ quatuor, Alexandrinus, Antiochenus, Constantiopolitanus, Hierosolymitanus, & Romanus etiam Pontifex per legatos suos aderat. Adhæc ex historijs constat, Arianos, regnante Constantio, iutra spatium triginta annorum concilia ad min. decem habuisse; in quibus omnibus error definitus & confirmatus, veritas vero depressa fuit. Habuerunt enim Concilia, eaque maxima, Tyri, Hierosolymis, Philippis, Sirmij, Arimini, Seleucia, Constantinopolis duo, Antiochia etiam, Alexandria, & Mediolani; in quibus victa veritas, damnatus Athanasius, expulsum ipse Cœ fuit. Si quis dixerit, hæc Concilia heretica fuissent, hoc est, quod nos dicimus: posse in conciliis hereticis proponi & propagari. Et vero licet fuerint concilia ista heretica: tamen legitima fuerunt quantum ad formam externam. Sed quoniam hæc Concilia fuerunt Ariana, videamus alia, quæ scilicet ex Episcopis Catholicis constabant. Cyprianus, Episcopus sanctus, & martyr Christi, habuit tria concilia, una cum multis alijs pīs Episcopis, in quibus omnibus definitus fuit, eos qui ab hereticis baptizantur, esse rebaptizandos: ut apud Cyprianum, Eusebium, & Augustinum videtur est. Hoc itaque semper obtinemus, Concilia & errare posse, & ex facto errasse. 2. Veri sunt errores, quos obseruamus in conciliis: et si Papistis non videntur errores. Omne enim id nobis est error in fide, quod repugnat articulis fidei in Scriptura comprehensis.

XV. Iam percurramus *Concilia in 8. literis obvia*, quæ omnino, quantum ad externam formam legitima fuerunt, & tamen in religione grauiter errarunt. 1. *Reg. 18. Concilium Baalitarum cogitatur contra Eliam.* cap. 22. cogitatur concilium 400. prophetarum, qui omnes errarunt, ipso Deo teste. *Iohann. 9. Concilium Iudæorum*, prelido summo Pontifice Caiphæ, excommunicate eos, qui confitebant Iesum esse Christum. *Iohann. 11. & Marc. 14. Christus* damnatur ab eodem concilio. *Act. 4. 5. 7. & 22. Concilia* celebrantur aduersus Apostolos. Et hæc quidem exempla ex 8. literis adducimus. Bellarminus respondet ad secundum exemplum; primo concilium illud fuisset prophetarum falsorum: deinde concilia non prophetarum, sed sacerdotum

esse debere: denique Concilium istud ab Achab rege, non à summo Pontifice coactum fuisse, ac proinde nihil esse mirum, si errauit.

Respondeo, 1. Qualecumque fuerit, tamen concilium fuit: Et hoc satis est ad rem, quæ agitur. 2. Fato non fuerunt veri prophetæ. Sed quis confirmet nobis eos qui Concilio interfuerint, esse prophetas Domini, atque in prophetarum officium magere? Ipse Isaphat putabat esse veros prophetas. Aut enim *vers. 7.* Annon est hic propheta Iesu amplius? Et si persuasus fuisset, illos esse pseudoprophetas, quare illorum hortatu cum Achabo profectus est in bellum? 3. Etiam prophetæ poterant Conciliis interesse. Et illorum iudicium erat certius, quam sacerdotum: ut pote qui extraordinarijs douis erant instructi. 4. Si pseudoprophetæ illi fuissent coacti a sacerdote maximo, & que errassent. Itaque non interest, a quo fuerint congregati. Et certe Elias, magnus ille propheta congregauit magnam multitudinem prophetarum, qui tamen ideo non rectius iudicarunt. Nimirum causa efficiens non est de substantia rei. Potest & bonum Concilium cogi à malo rege, & malum à bono sacerdote. Ad *Concilium Iudæorum*, quod dannauit confessores Christi, & ipsum quoque Christum, responderet Bellarminus, illud in fide errasse perniciosissime, cum iudicauit Iesum blasphemasse, qui se Filium Dei appellauerit: idque hiac esse, quod Pontifices & Concilia Iudæorum non potuerint errare, antequam Christus veniret, sed eo praesente potuisse, immo fuisse predictum erratuos. *E. a. 6. Dan.* 1. Sed Stapletonus, Andradius, & alij negant Concilium hoc fuisse legitimum. Respond. 1. Bene habet, quod Bellarminus aetetur, aliquid Concilium in fide errasse. 2. Omnino hoc Concilium fuit legitimum: quia ibi fuit summus Pontifex, vna cum reliquis sacerdotibus. At hi omnes erant legitimi. Neque enim iam tum sublatum erat sacerdotium Leuiticum. 3. Hinc etiam videmus, quam vanum sit illud Bellarmini: Concilia Iudæorum ante Christum errare non potuisse, sed postea potuisse. Nam Christo praesente aut debet Aharonicum sacerdotium esse verum sacerdotium, aut non. Si desirat, tum nouum sacerdotium fuit constitutum. Sed hoc falso. Aut hoc ergo legitimum fuit sacerdotium, aut nullum fuit sacerdotium, a Christo nato ad Christum mortuum: at sine sacerdotio nulla Ecclesia. Si non desirat, tum Christi praesentia sacerdotium non mutauit. Et si desissem illud sacerdotium, Christus non templum, non sacrificia frequentasset. 4. Pontifices & Concilia Iudæorum non potuisse errare antequam Christus veniret, omnino falso est, & ex historia Iosephi multis exemplis convincitur: potentissime vero aliquot historijs apud Ieremiam, & historia Eliae sibi sacerdotis, *Nehem. 12.* in testamento vetere: in novo autem, ipsius Christi verbis, plurima antiquorum dogmata refellentis, *Math. 5. & 15. & 23.* Quapropter etiam vana illa Iudæorum ante aduentum Christi doctrina & controversia dicitur *παρεργασθεισας.* 1. *Petr. 1. ver. 18.* Certe non frusta, neque etiam falso Esaias tantas tenebras, adeoque ipsam umbram mortis obtenturam ante aduentum Christi toties praedixit. 5. Hohus, Canus, & alij dicunt, in hoc concilio fuisse pronuntiatam veram sententiam, & spiritum sanctum huic concilio adfuisse, vt ex prophetia Caiphæ *Iohann. 11.* colligere licet. Nam vtique a Spiritu sancto habuit hoc valticinium summus ille Pontifex. Sed recte statuit Bellarminus, huius concilij sententiam nullo modo posse defendi. Neque iuvat, quod Caiphas prophetauit: quia donū prophetæ in differenter adest bonis & malis. 6. Si Concilium ilud iam praesente Christo errat, quod ille per se administraret ecclesiam: quomodo ecclesia Romana, & eius vicarius, ab errore excusatitur, quando Christus praesens adest, & Ecclesiam per se administrat, *Math. 28.*

XVI. Iam Bellarminus pungit Lutherum, quod videatur reprehendere Concilium *Act. 15.* dicit enim Iacobum mutasse sententiam Petri. Et rursus ex lege illa Apostolorum probat, concilium nihil prodesse, quia non potest defendi illa lex, nisi dicamus concilium non obligare. Respondeo, 1. Lutherus dicit, Iacobum mutasse sententiam Petri; non quod illam ut falsam respuerit, sed quia quod defuit, necessario expluit. Nam addidit aliquid Iacobus, quod Petrus prætermisit. Itaque Lutherus non respicit substantiam eorum, quæ Petrus dixerat, & in quæ conseruerunt omnes: sed de superaddita obseruatione illa ceremoniali intelligit, quæ non propter autoritatem legis, sed propter imperitorum infirmorumque conscientias requirebatur per illud tempus. Utrumque probauit concilium. 2. Lutherus tale nihil dicit: sed hoc vult, concilia Papistica non esse tanti facienda: cum quod ipsi Apostoli decreuerunt, ab ijs non serueret: ergo non esse hunc finem Conciliorum, ut omnia illorum decreta sint rata: Papistas sua concilia vrgere, qui tamen hoc concilium contemnunt.

XVII. Nunc venio ad arcem defensionis nostræ, quæ nimirum in *indicatione illorum Conciliorum*, quæ ipsi Pontifici alias approbare solent: in quibus tamen non pauca reperiuntur, quæ manifesto sunt falsa, aut alijs concilijs repugnant, aut hodierna praxi Papistarum sunt contraria. I. *Concilium Neo-caesarensi*, quod ipso Niceno est antiquius, nuptias secundas can. 7. prohibet: quas Spiritus sanctus probat *Rom. 7. 3. 1. Cor. 7. 39. 11. Concil. Nicenum* can. 19. iubet *πολυτελεῖς γάμους*: id est, eos qui secuti sunt Paulum Samosatenum, iterum baptizari. At hic est error Cypriani, & Anabaptistarum. Secundus error huius concilij est de militia damnata. Nam canone 12. prohibet eos *πολεμεῖν*, id est, redire ad militiam, qui cingulum abiecerint. At Iohannes Baptista *Lue. 3.* non damnat milites, aut illos iubet castra deserere. III. *Conc. Chalcedonense*, ex mente Papistarū, errauit quādo Episcopum Constantinopolitum Romano exequatur. Deinde errauit in tribus capitibus, si fidem adhibeamus Concilio Constantinopolitano II. quando tria capita Concilij Chalcedonensis de Theodoro, Theodoreto, & Iba damnauit act. 4. Hunc autem errorem Pontifex Romanus probauit. IV. *Carthaginense III. cap. 23.* iubet, ut in oblatione Eucharistie preces semper ad Deum Patrem dirigantur. Non recte. Filius enim & spiritus sanctus ita excluduntur. Deinde can. 26. præcipit, ut prima sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. At Pontifex Romanus iam dudum his & huiusmodi, nominibus se appellari voluit. V. *Concilium Constantinopolitanum III.* quod est sextum generale, can. 2. recipit Concilium sub Cypriano de rebaptizandis hereticis: can. 72. iudicantur irrita & soluenda coniugia Catholicorum cum hereticis. VI. *Concilium Nicenum II.* statuit colendas esse imagines, & definiti angelos & animas humanas habere corpora, & ideo posse pingi. Prior autem decreto contradicit Concilium Constantinopolitanum sub Constantino Copronymo, quod fuit septimum generale: itemq; Concilium

Concilium Francofurtense sub Carolo M. in quo Constantinopolitanum illud fuit confirmatum, & Nicænum damnatum. VII. *Concil. Romanum sub Stephano septimo*, vel ut alij volunt, sexto, damnauit Formosum Pontificem, & illius acta omnia abrogavit. At aliud concilium postea habitum fuit Ravennæ sub Iohanne IX. in quo Formosus restitutus fuit, & Stephanus damnatus, omniaque acta Concilij illius, quod sub Stephano fuit habitum, sunt abrogata. Horum alterum errasse necesse est. VIII. *Concil. Romanum sub Nicolao secundo* definitum, non modo sacramentum corporis Christi, sed ipsum etiam verum Christi corpus tractari & frangere manibus sacerdotum, & fidem dentibus atteri. At hoc repugnat naturæ corporis Christi, imprimis iam gloriösis. IX. *Concilium Constantiense* definitum communionem sub una specie, statuque hæreticis fidem non esse seruandam. Alios item articulos vere Catholicos & orthodoxos in Hulio damnauit. X. *Idem Concilium, & Basiliense*, definitum concilium esse supra Papam. At hic est error apud Bellarminum. XI. *Concilium Lateranense sub Leone X.* confirmavit montes pietatis, à Pio secundo institutos, hoc est, usuram & fœnerationem, qua pauperes qui pro mutuo accepto pignora deposuerant, singulis mensibus renentur aliquid solvere propter mutuum: quam impietatem Caetanus & Dominicus Sotus, qui huic concilio interfuerunt, prolixè impugnant. XII. *Concilium Tridentinum* est sentina omnium errorum Antichristianorum. Contradicit enim Scripturæ, vetustissimisque concilijs & Patribus. Sed quis commemoret omnes omnium Conciliorum errores? Per satyram tamen quosdam adhuc colligere placet. I. *Concil. Neocæsariense*, de quo sub initium diximus, canone 1. statuit, Presbyterum, si vxorem duxerit, loco esse mouendum. At hoc Scripturæ sacræ repugnat, quæ coniugium honorabile esse docet inter omnes, etiam Presbyteros, vt Paphnutius in synodo Nicæna docuit, & synodus approbavit, testante ipso Iure Canonico, dist. 31. capitulo Nicæna synodo: similiter dist. 28. capitulo Si quis, legitur ex *Concilio Gangrense*: Si quis discernit Presbyterum coniugatum, tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema fit. Idem *Concilium Neocæsariense* can. II. prohibet omnino Presbyterum ante trigeminum ætatis suæ annum ordinare, licet valde dignus sit. At hunc Canonem Papistæ non obseruant. Et canone 15. præcipit vt diaconi septem sint iuxta regulam. At haec refelluntur in synodo Nicæna, vt dicitur in sessione septima synodi Ferrariensis. 2. *Concilium Nicænum primum* can. 8. solite cauet, ne in una ciuitate duo sint aut videantur esse Episcopi. At Paulus Act. 20. 28. in una ciuitate plures agnoscat Episcopos. Similiter Philip. 1. ver. 1. Sed hoc transeat: quia Episcopi vox cœpit esse aumen gradus altioris: vt diximus lib. seq. cap. 1. *Canones* 11. 12. & 13. qui pœnitentiales sunt, merito Christi derogant: quando tam severe, & tam in multis annos externam pœnitentia declarationem iniungunt, Christi ne nominato quidem, vt in externa illa disciplina medium reconciliationis cum Deo non obscure stuant. 3. *Milevitanum Concilium* capitulo 17. statuit, vt diuortio facto non liceat innocentia persona denuo contrahere matrimonium. 4. *Concilium Lateranense sub Innocençio III.* confirmavit dogmatum substantiationis in Eucharistia. 5. *Lateranense sub Alexandro III.* statuit post consensum legitimum virtusque partis de præsentis matrimonio, licere alteri etiam repugnante altera parte monasterium ingredi. 6. *Concilium Arelatense II.* can. 2. lancit, non littere sacerdotibus utriusque vxoribus: quod repugnat canonii quarto Concilij Gangrense, de quo paulo ante. 7. *Concilium Sirmiense & Sardicense* confirmavit hæresim Arianam. 8. *Concilium Laodicenum* cap. 1. statuit, vt secundum indulgentiam reddatur communio eis, qui secundis nuptijs iuncti sunt. Ex quo videtur, Concilium antea abstulisse communionem ijs, qui secundo uxorem duxerant, & postea illam eis reddere, condonando peccatum, id enim significat, secundum indulgentiam. 9. *Concilium II. generale* primatum Ecclesiasticum tribuit Pontifici Romano; & statuit, quod post Romanum Pontificem debeat esse immediate Episcopus Constantinopolitanus: quæ duo iterum renouata sunt in concilio Chalcedonensi. Primus error pugnat cum Concilio Nicæno, in cuius can. 7. tribuitur primatus Episcopo Hierosolymano; & cum Concilio Carthaginensi tertio, de quo paulo ante. Secundus error pugnat cum concilio Nicæno can. 6. vbi tribuitur secundus locus Alexandrino, tertius Antiocheno episcopo, quem canonem frequenter citat Leo epist. 53. 54. 55. 10. *Concilium Carthaginense III.* can. 47. numerat in canonem S. literarum aliquot libros apocryphos, vt Tobiam, Iudith, Baruch, Sapientiam, Ecclesiasticum, & Maccabæos, contra authoritatem concilij Laodicensis can. vltim. vbi omnes isti libri reiciuntur. 11. *Concilium Tolentinum I.* can. 17. statuit, posse admitti ad communionem eum, qui cōcubinam habet, modo non sit vxoratus. 12. *Concilium Wormatiense* can. 3. iubet fures occultos explorare per sacræ Eucharistia perceptionem quem esse errorem docet Thomas part. 3. q. 80. art. 6. Sed satis de erroribus conciliorum. Conatur quidem Bellarminus quosdam excusare: sed non solide, vt apud Withakerum & Junium nostros videre est.

XVIII. Sequentur iam rationes nostra. 1. Si Concilium firmatum auctoritate Summi Pontificis, ita à Spiritu sancto gubernatur, vt errare non possit in causis fidei iudicandis; tum omnescius definitiones erunt *bonæ vtricunque*, & Canonicis Scripturis pares, nam Scriptura est *bonæ vtricunque*. Sic nihil inter decreta conciliorum, & scripta Prophetarum & Apostolorum intererit. Sed consequens est aperte falsum. E. & antecedens. 2. In omni coetu multitudinis sepe accedit, vt maior pars vincat meliorem. Igitur in concilijs ecclesiæ, vbi definitur omnia ad plura suffragia, facile fieri potest, vt error continget. Ita sanc in concilio Ariminensi & Ephesino II. pauci boni à multis malis vici sunt. 3. Legitimum ecclesiæ concilium ex Episcopis constat Catholicis. Iam vero qui sunt Episcopi Catholicæ, nobis ignotum est. Possunt enim esse hæretici, vel schismatiæ: immo fieri potest, vt ne Episcopi quidem sint, qui se pro Episcopis Catholicis venditant. Ergo decreta conciliorum nobis semper dubia & incerta erunt. Non possumus enim certo credere, omnia Conciliorum decreta vera esse; quia potest aliquod concilium ex huiusmodi Episcopis constare. 4. Si non possunt Episcopi in concilio congregati errare circa fidem; hoc sit aut ratione sapientia, aut sanctitatis, aut potestatis, aut promissionis à Christo factæ. Non ratione sapientia; quia non sunt omnium hominum sapientissimi: nec propter sanctitatem, quia sunt aliquando homines impuri, & sanctitas non confirmat in fide: nec propter auctoritatem, quia Papæ maior est auctoritas quam Concilij, vt illi volunt, & *sicut Papa potest errare, vt est apud Gratianum dist. 40. cap. Si Papa: deni-*

que non propter Christi promissionem, quia Christus non loquitur de Concilio & tamen fidem semper duraturam esse ait. 5. Historici nulli, nisi sacri, certam fidem faciunt. At hoc aut illud Concilium, legitimum fuisse, non ex sacris historijs, sed tantum ex Ecclesiasticis cognoscimus. Quare non possumus certo statuere alicuius Concilij decreta esse vera. 6. Concilia possunt in facto errare: vt concedunt Papistæ. Ergo & in fide. Ratio consequentia est: quia dicunt Concilium non errare in fide aut in iure, quia regitur à Spiritu sancto. Ergo nec in facto errat: quia Spiritus sanctus est Spiritus veritatis, qui in nullum potest nos inducere errorem, siue ille sit iuris, siue facti.

XIX. Ad has nostras rationes sic excipiunt Papistæ. ad 1. Canus ait, duplex esse discrimen inter sacros Scriptores & Pontificem, Patresque concilij; quod illi ex proxima Dei revelatione & inspiratione scribant dogmata Catholica, habeantque Spiritum S. sibi presentem etiam in minimis; at Patres in Concilio congregati humana vrantur diligentia, habeantque Spiritum sanctum sibi presentem in rebus fidei duntaxat; in facto enim errare posse. Sed hoc nihil facit ad rem. Quomodo cunque enim procedant, semper ipsorum decreta sunt infallibilia, ita ut ijs tanquam *bonæ vtricunque*, assentiamur. ad 2. Bellarminus respondet, in cœtibus humanis aliquando id accidit, vt major pars vincat meliorem: in Concilio autem Ecclesiæ, vbi Christus est in medio, & Spiritus S. præsidet, & illi congregati sunt, de quibus vel potius de quorum præside, successore Petri, dictum est, *Rogauit pro te, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: non est, quod tale quid metuatur*. Sed istæ responsiones ante sunt confutatae. Sunt enim hypotheses falsæ: duæ primæ, falso consequente; tercia vero, falso antecedente ipsarum. Non sequitur: vbi Christus est, vbi præest Spiritus illius, non errari. Illum vero adest, cui dictum est, *Rogauit pro te &c. fallum est*. Nam neque Petrus adest, neque ipsius successor adest, si Pontifex præest. ad 3. Bellarminus responderet, non esse necessarium, vt sciamus Episcopos, qui ad Concilium conueniunt, habere fidem, & veram ordinationem, sed latius esse, si non constet contrarium. Nam si sumus Pontifex, & omnes Episcopi, qui conueniunt ad Concilium aliquod generale, essent corde hæretici: tamen Deus non permetteret, vt eiusmodi Concilium in decretis suis formandis erraret: assistit enim Concilio Spiritus S. propter Ecclesiam; quam vniuersam errare non permittit diuina prouidentia. Itane vero Bellarmino? Num Spiritus sanctus assistit hæretici? Si assistit, an cor regit, vellinguam, vel vrumque? Si cor regit, iam non sunt hæretici. Silinguam tantum; non est spiritus ille, quem promisit Christus. Si vrumque; iterum non sunt hæretici. Deinde non sequitur: Deus adest in concilio, ergo Concilium non errat. Nam Deus adest, vel ne erreret, vel erranti, vt non in totum à Deo aberret: nec omnia diuina omni tempore in eo operatur, sed pro modulo hominum, & de modo donationis sua. ad 4. Turrecremata respondet, Concilia non posse errare propter promissionem illam. Luc. 2. 2. *Rogauit pro te &c. itemq; istam Matth. 16. Portæ inferorum non præualebunt &c.* At concedunt Papistæ, Papam posse errare. Deinde quid hoc ad Concilium attinet? Nam si Papa non errat, num ergo Concilium non errat? Denique Christus etiam orat pro reliquis suis electis, & portæ inferorum non possunt præualere contra illos. Ergo hac ratione nullius pius erraret vñquam. ad 5. Vega, qui interfuit Concilio Tridentino, magnopere fuit hoc argumento conturbatus. Ait vero tandem, Concilium esse legitimum, fide Catholica teneri à fidelibus, non quia id testantur historici, sed quia ipsum Concilium hoc definit. At hoc absurdum est. Quid enim hoc ad fidem Catholicam pertinet, hoc aut illud concilium legitimum esse? Tum inter hæc duo nihil intererit, Christum Dei Filium esse Patri *μητέρας*, & Concilium Nicænum esse legitimum. Quare Bellarminus refutat hanc responsionem, satis quidem neruose: sed non latius ingeniose aham adfert; nempe illam Cani, fide Catholica teneri, concilia legitima non errare; sed hoc aut illud concilium esse legitimum, fide humana sciri, vt suis sequondam Ciceronem, Catilinam, Iulium Cæsarem. Quod quidem si ita est, Conciliorum auctoritas est incerta: quippe quæ pendet ab historijs humanis. Vnde itaque scio, aliquod concilium esse legitimum, hinc etiam scio, eius decreta legitima esse. Scio autem ex historia v. g. Socratis, Sozomeni, Theodoreti &c. Concilium Nicænum, Constantinopolitanum primum &c. legitima esse. Ergo etiam inde scio, ipsorum decreta esse legitima. ad 6. Respondet Delphinus lib. 2. Concilium ideo errare in rebus facti, quia in illis iudicant Episcopi in Concilio congregati secundum allegata & probata. Sed hinc efficitur, ipsorum iudicia in concilijs esse humana, & non diuina, id quod volumus.

XX. Superest apud Bellarminum de *Conciliis particularibus*, quæ dicunt non omnino certam fidem facere, nisi confirmata sint a Romano Pontifice: & de *Conciliis generalibus*, quæ ante confirmationem summi Pontificis errare posse contendit, nisi Patres in definendo sequantur instructionem Pontificis. Quod attinet ad priorem conclusionem, & ratio, & experientia illam refutat. Nam si fideles Dei serui congregati in tali Concilio faciant officium suum ex commissione diuina maiestatis (non vero ex commissione Apostolicæ sedis, vt sunt verba Bellarmini) regiaque auctoritate Christi, & commissionis diuinae instrumento, id est, Scriptura sacra, possunt Concilia particularia definire dogmata dubia, & decreta eorum esse firma. Deinde Concilium Gangrense, Arausicanum, & similia particularia definitur a liquido de fide, sine approbatione Apostolicæ sedis. Quæ secundo loco adferuntur in instructione Pontificis, ea & ligant Episcopos, hoc est, illos redunt obnoxios Papæ, ita vt non possint libere sententiam ferre; & pugnant cum ipsa rei natura. Nam in rebus fidei oportet sequi instructionem Christi Pontificis. Omnino Concilium errat, quod contra istam instructionem agit. Instructione Romani Pontificis potest & ipsa aberrare ab instructione Christi, qui solus est pastor vniuersalis, nulli obnoxius erroris: vt merito his usurpemus illud *Gregorij Magni lib. 4. epist. 32.* Vniuersa Ecclesia astatu suo corruit, quando is, qui est vniuersalis, cadit.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER.